


AB

W5212

Tom. 26.  
27.  
28.

113  
Silber

L1100H.



113  
L.O. ~~29~~, 4.



MERCURII GALLO-BELGICI

M. GOTHARDO ARTHUSIO Suc-  
CENTURIATI,

*Sive*

R E R V M I N

GALLIA ET BELGIO PO-

TISSIMUM, HISPANIA QUOQUE,

ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, UNGARIA,

Silesia, vicinisq; locis, à nundinis Francofurtensibus verna-

libus anni 1650, usq; ad autumnales anni eiusdem,

passim gestarum,

*HISTORICÆ NARRATIONIS*

*continuatae,*

TOMI VIGESIMI OCTAVI

LIBER PRIMVS.

*Auctore*

JOANNE GEORGIO SCHLEDERO, Ratisponensi.

*Cum S. Caf. Majest. Privilegio Speciali.*



FRANCOFURTI,

*Sumptibus & typis Heredum Sigismundi Latomi, Anno 1650.*

4





MERCVRII GALLO-  
BELGICI M. GOTHAR-  
DO ARTHUSIO SUC-  
CENTURIATI,

TOMI XXVIII. LIBER I.

*EORVM, QVÆ à NVNDI-  
nis Francofurtensibus vernalibus anni 1650.  
usque ad autumnales anni eiusdem scriptis  
digna passim acciderunt, narratio-  
nem continens.*



Uam sollicita cauta, impertax- *Executio-*  
sa operâ & studio nunquam *nis Pacis*  
satis laudando, Gratiose Do- *Tracta-*  
mine Lector, Sacrae Cæsareæ *tuum No-*  
partim, partim quoq; utriusq; Regiæ Ma- *ribergen-*  
jestatum, Sueciæ Galliaque, tum etiam *suum pro-*  
Sacri Imperii Romani quorumvis Electo- *gressus &*  
rum, Principum ac Statuum Domini Le- *successus.*  
gati, Consilarii ac Deputati, Tractatus  
Executionis Pacis, haut pridem in inclyta  
Noriberga ventilari cœptos, ab aliquo

Anno  
1650.

hinc tempore promoverint, ob varias autem difficultates, quarum detentio Frankenthalia, munimenti in Palatinatu inferiore siti non minima putanda est, ad finem diu jam praefixum perducere minime potuerint; de hoc in priore libello Mercurius meus, ni fallor, non nihil conquestus fuit.

Nec verò tum solum, antedicta muniminis illius detentio progressibus Tractatum horum impedimento fuit: quin etiam post illud tempus, & ferè ad exitum usque operosae hujus negotiationis, res successu caruit. Tandem verò, divina favente clementia, etsi negotium omne in morem octipedis procederet cancri, & à Compositione sui longius abesse cerneretur, Tractatio hæc Pacisque Executio fine suo peroptato beata est.

Quibus hoc factum cæremoniis, quibusve circumstantiis adhibitis, Mercurius pluribus hîc enarrare super sedet: nec etiam ad ejusmodi, quales suas esse existimat, Relationes pertinere arbitratur, de rebus non necessariis & impertinentibus longius verba facere; quin illud tantum innuere, sufficere sibi persuasum habet, quod ad essentiam veræ ac fide dignæ historiæ pertinet, lectorisque,

quis;

quisquis ille velit, memoriam recreare Anno  
potest. 1650,

Siquidem ergò hæc tuas, similesque  
alias Relationes Historicas eò potissimum  
collimare Mercurius credit, ut vulgo et-  
jam gratas esse sentiamus: quare operæ  
pretium facturum se putavit, si in præsentis  
hoc libello synopticam quandam descri-  
ptionem rerum saltem dignissimarum, &  
quæ ab uno semestri ad alterum passim in  
orbe geruntur, fide digna narratione ex-  
hibeat, id quod etiam fideliter se præstitu-  
rum, sanctè sanctus hic Nuntius polli-  
cetur.

Cùm itaque supervacaneum esse om-  
ninò credat, in hisce Relationibus suis a-  
vido lectori ostendere, quæ de anno in  
annum; de mense in mensem; de hebdo-  
made in hebdomadem; multò autem mi-  
nus, quæ de die in diem, in una alterave  
narratu digniore historia acciderint atq;  
evenerint, quin illa extremis saltem labris  
attingere, ac brevibus perstringere, quæ  
lectoris conducere, audientisque animum  
recreare possunt; quapropter succinctæ,  
quam instituit, narrationi meritò acquie-  
scit, fore omninò confusus, ut benevolus  
lector exindè facillè colligat, in quem mo-  
dum & viam omnia unanimiter ac felici-

Anno  
1650:

ter exierint; id quod etiam EXECUTIONIS  
PACIS CONVENTIO PUBLICA, quam vul-  
gò appellant *den Haupt-Recess* / (pro ut  
illa, nomine Sacrarum Cæsareæ, nec non  
Regiæ Sueciæ Majestatum, per Earundem  
ad hoc plena potestate instructos, sum-  
mosque belli Duces ac Plenipotentia-  
rios, adminiculantibus quorumvis Sac.  
Imp. Romani Septemvirum, Principum  
ac Ordinum præsentibus Dominis Lega-  
tis & Deputatis, in suprâ dicta Noriberga,  
ventilata, pertractata, transacta, tandem-  
que vigesima sexta Junij styli novi, anno  
hoc supra millesimum sexcentimum  
quingagesimo, ex omni parte subscri-  
pta, sigillis munita, ratihabita ac postre-  
mò commutata est:) longioribus iisque  
sufficiantibus circumstantiis docebit, quò  
curiosum lectorem Mercurius brevita-  
tis amore remittit.

*Fine tan-  
dem opta-  
to exeunt,  
& felici-  
ter absol-  
vuntur.*

Publicam igitur hanc Conventio-  
nem Executionis Pacis quod attinet, li-  
cet Tractatus (Altissimi favore Numinis)  
in eum jam statum feliciter perducti tuis-  
sent, ut universis quæ Cæsaris, Regiis Sue-  
cicis, quæ etiam Electorum, Principum  
ac Procerum Dominis Legatis spes afful-  
geret, fieri posse, ut die Sabbati 25. Junij S.  
N. negotio colophò imponatur, ac futurâ  
demum



demum Dominica publica Gratiarum Anno  
actio per omnia templâ Noribergæ insti- 1650.  
tuatur, quo etiam sine, quicquid saltem  
in tanta temporis angustia fieri potuit, o-  
mni studio expeditum est: attamen Re-  
gis Galliarû partes Agentes, adductâ pro-  
testatione sperato successui remoram non  
levem iniecerunt, ita ut prædicta illa die  
Sabbati, Sacri Romani Imperii Statuum  
Deputati, qui tamen hoc sine & ante &  
post meridiem, usque in multam noctem  
congruam celebraverant, voti aut inten-  
tionis suæ participes fieri nullo modo po-  
tuerint.

In secundo die Dominico, qui in 26. 16.  
Junii incidit, ante omnia Cultus divi-  
nus pro more peractus est, cui Celsissim⁹  
Princeps Palatinus, Carolus Gustavus,  
militiæ Regio-Suevicæ summus Impera-  
tor ac Moderator, cum universo famuli-  
tio aulico, in æde Divi Sebaldi devotè in-  
terfuit: ubi Reverendus Dominus Super-  
intendens, Johannes Michael Tillherr,  
prævia apposita concione, felicem futu-  
ro negotio successum & egressum deside-  
ravi. Tum concione habita, & Domini  
Palatini Celsitudine ad hospitium regressâ,  
nonnulli Electorum, Principum ac Sta-  
tuum Nuncii Curiam ascēderunt, & mox  
unam

Anno  
1650.

8

*Mercurii Gallobelgici*

unam & alteram Legationem ad Gallos amandarunt, commonefactum illos, ne conclusum in nomine Dei Tractatū porro impediant: quorum postrema declaratio hæc fuit, se factam hucusque remotionem, universorum Sacri Imperii Romani Electorum, Principum Statuumque Compromisso relictam velle, & relinquere debere.

Intellecta hac Gallicorum explicatione, hora deinde circiter secunda post meridiana Plenipotentiarum Cæsaris, Electorumque Ecclesiasticorum, nimirum Domini Volmarii Excellētia, Dominus Cranius, Dominus Comes à Fürsterberg, pluresque alii, ex hospitio Illustissimi Ducis Amalfæi, quinque curribus sciugibus vecti, arcem urbis accesserunt quos Augustanæ Confessioni addictorum Electorum, Principum ac Statuum Legati, sedecim quoque rhedis Curia proceuntes, illuc secuti sunt, atque ibidem in Cōclavi Equitum (vulgo dem Ritter Saal) Conventū habuerunt. Tū verò accedentibus isthuc & Domino Barone Oxentirna, & Consilii bellici Præside, Domino Alexandro Erskenio, cum magna stipantium caterva, in omnium tandem presentia Executionis Pacis conscripti Recessus  
hinc

hinc inde collati, cui rei peragundæ, inter Anno  
grum penè bihorium insumptū dicitur. 1650.

Hoc factō, Dn. Secretarius Satlerus,  
cum illo, qui Domino Etskenio à secretis  
est, Domino Jo. Jacob Bohemero, ad Du-  
cis Amalfai domum accessum fece-  
re: Silentarius autem à Wolffsberg, &  
ejusdem conditionis homo, Oexelius, ad  
Celsissimum Principem Palatinum, duo-  
bus vecti pilentis amandati fuerunt, pro-  
curatum scilicet, ut antedictorum Pacis  
Recessuum exemplaria hinc inde subscri-  
bantur: qui expedito negotio, mox ad ar-  
cem reverterunt. Quamprimū hi Se-  
cretarii ex utriusvis Partis hospitio pro-  
diisse cognoscebantur, (cui explorando,  
inclytus Magistratus Noribergensis, satel-  
lites duos equestres, quos *Einspanniger*  
Germanorum vulgus appellat, constituit,  
qui simul ac antedictos subscriptione per-  
acta ad arcem reverti deprehendent, edi-  
to signo excubitori in turre arcis signifi-  
carent, ut juxta hoc indicium festiva ma-  
chinarum displotio institui posset) in arce  
primū, tū quoque per omnes urbis  
aggeres, fulminalia tormenta ac sclopetra  
majora bombos non ingratos edere au-  
dita sunt; id quod prima quidem vice fa-  
ctum ita perhibent.

A s

Post

Anno  
1650.

Post Cæsareanorum Regionumq; Mandatariorum subscriptionem, secuti porrò Electorum, Principum Statuumque Delegati, suis quoque subscriptionibus negotium adimplerunt; quo peracto, machinæ, & bombardæ trecentorum ære conscriptorum militum secundò resonuere: tum quoque subscriptorum Recessuum ambo exemplaria, quorum unū, Cæsari tradendum, holoserico rubro, alterum Suecorum Reginae exhibendum, cæruleo obductum erat, propendentibus ex illis duobus majoribus sigillis, hinc inde commutata.

Hoc ubi effectui datum, se decim tubicines, quibus accinebat tympani ænei pulsator, in extructo quodam ante Curiam pegmate, (Galli eiusmodi machinas *eschaffauts* appellant) festivum concertum ediderunt, idque vice tertia. Tum Johannes Nürnbergerus, inclyto Senatui Noribergensi in grammatophylacio ab epistolis, conclusæ Capitulationis argumenta publicè primùm, dein etiam cum ante Cæsareanorum Regionumq; hospitia, tum in aliis quindecim civitatis areis, legendo & tubas inflando publicavit. Hanc publicationem brevi post, hora circiter dimidia septima imminentis vespere

speræ alia excepit lætitiæ publicæ conte- Anno  
 statio: tunc enim per omnia Noribergen- 1650.  
 sum templa campanæ semihorulæ diu-  
 turnitate pulsatæ: in diversis fanis, putà  
 Divorum Sebaldi, Laurentii & Agidii,  
 conciones gratulatoriæ habitæ: ante cul-  
 tum superis peragendum, hymnus Ange-  
 lorum, GLORIA IN EXCELSIS DEO, &c.  
 Germanicè: itemque S.S. Ambrosii  
 & Augustini, TE Deum, &c. post rem  
 verò Divinam ritè peractam, porrò Psal-  
 mus, BENEDIC ANIMA MEA DOMI-  
 NO, &c. decantatus est: quem Actum (in  
 quo omnia feciliter successere: ) ad no-  
 nam usque perdurasse transcribunt. Pro  
 cuius felici successu, Deo Ter Opt. Ter  
 Max. sit honor, laus & gloria in infinita  
 secula.

His omnibus, dictum in modum ex- Evacua-  
 peditis, Edicta porrò, quæ Ordonnances<sup>tioloeorîe</sup>  
 Galli appellitant, confecta fuere, quo-<sup>sive resti-</sup>  
 rum vigore Prefecti locorum, primo Ter-<sup>tutio, tri-</sup>  
 mino evacuandorum, transactam restitu-<sup>bus termi-</sup>  
 tionem faciant: quorum exēplaria Mer-<sup>nis fa-</sup>  
 curii die 19. 29. Junii ultro citroque com-<sup>cienda.</sup>  
 mutata & transporata sunt.

Sunt autem urbes & munitiones occu-  
 patæ, quas vigore Recessus Pacis paginis  
 33. & 34. in primo termino, putà intra pri-  
 orea

Anno  
1650.

ores quatuordecim dies supra dictorum  
conclulorum Tractatum, qui terminus  
in decimum diem Julii, iuxta stilum no-  
vum incidit, vel trigesimum Junii Cal-  
veteris, evacuari convenit, sequentes:

*A partibus Cesaris.**A Parte Suecorum.*

Rotweila	} pro }	Olmuzio.
Offenburgum		Neustadio.
Freyburgum		Eylenberga.
Villingia		Fulnecico, cete- risque Mora- viae locis.
Zollera		Ostervico.
Rotenberga in Palatinatu sup.		Bleckhedia.
Hæxtêra		Dinckelspuhla.
Ehrenbreitste- nium.		Querfurto. Pappenhemia. Fridberga.

*Actio & Trāfactio Franckē-  
thaliana, ejusq; vel  
restitutio-  
nem vel  
detentio-  
nem con-  
cernens.*

Franckenthalianum Munimentum  
quod concernit, siquidem & Celsissi-  
mo Principi Palatino Electori, vigore  
Transactionis Pacis, cum cæteris Palati-  
natus inferioris locis, dynastiis, ac ditio-  
nibus, restitutionem fieri, æquum fuisset;  
nec vero hoc in tanta temporis brevitare  
effectum dari potuerit, spe interim non  
dubia affulgente, fore, ut eiusmodi resti-  
tutio

tutio, etiam adhuc ante accessum primi Anno Evacuationis termini, obtineri possit, 1650, quare cum præfati Domini Electoris, cæterorumque Interessatorum, optimo consensu ac præscitum, si secus fieri contingat, sequentem in modum transactum est.

Et quidem primo Sacra Cæsarea sua Maiestas in se recipit ac promittit, se cum reliquis Electoribus, Principibus ac Statibus, quovis possibili modo curaturam, ut fortalium Francothaliense Electoris Palatini Celsitudini proximo etiam tempore, & sine ulteriore mora interiecta restituatur.

Interea verò, & usque dum dicta restitutio ipso opere sequatur, Celsitudini suæ Electorali, pro maiori securitate urbs Hailbronna, & pertinens munimentum, cum machinis quoque bellicis, tormentis, com meatu tormentario & annona, in eo quidem statu, quo nunc est, quamprimum subscriptio Recessus Executionis Pacis facta fuerit, tali ratione ceditor, ut præsidium illius à nemine, nisi à Sola Celsitudine sua dependeat; ad eius autem sus- et alimentationem, ex circulatorum Suevici & Franconiæ ærario, idq; tenore specialis cuiusdam repartitionis, nomine Imperii

Anno  
1650.

Imperii apud exitum horum Tractatum traditæ, singulis mensibus octo imperialium millia, donec Francothalia restituta fuerit, ad manus in Hailbronna constituti Electoralis receptoris certò, & pars quidem media anticipando, semper quatuordecim diebus antè adnumerentur: si secus fiat, accepta Domini Gubernatoris notificatione, Principes, Circulorum directores, ad eiusmodi satisfactionè commodius adimplendam, omnem sedulò operam collocare tenètor, vel Status adfidentes militari executione mulctare, præsidio licitum esto. Quod si verò, in evacuatione huius loci, futuri sint, qui necdum quidem Quotam suam plenè exsolverunt, hoc modo Electoris Celsitudini neutiquam incumbito, nisi facta prius plenaria exsolutione, præsidium ex urbe deducere: in quo verò casu expresse conventum est, eiusmodi pacta restitutioni Francothaliæ nullo quovis modo præjudicio impedimento ve esse debere.

Cæterùm, Urbs antiqua administratione sua, qua in Politicis qua Ecclesiasticis, una cum Imp. immedietate ac libertate gaudeat, ita ut nihil quidquam ex illis nec invertatur nec immutetur: quod si etiam Francothalia, cum pertinentibus, prout  
Con-



Conclusum Pacis hoc innuit, ab Hispanis Anno  
restituta fuerit, in eum eventum hæc quoq; <sup>1650.</sup>  
S. Imperii civitas, sine ulla contradic-  
tione, nisi quod restantes pecunias paratò  
ad numerari æquum esto, evacuator, &  
machinæ fulminales inibi repertæ illi, ad  
quem vigore transactæ Pacis pertinere  
creduntur, in primis autem Bavariz Ele-  
ctoris Serenitati, ac Ducis Würtember-  
giz Celsitudini, redduntor & promptè  
extraduntor.

Ad hæc etiam, ne Francothaliensi præ-  
sidio anxia præbeat, terras Palatino-Ele-  
ctorales, earumq; incolas accolasve, quæ  
intra quæ extra fortalicium, exactionibus,  
vectigalibus, & id genus aliis tributis bel-  
licis aggravandi: Status illi, qui in hunc  
usq; diem illi sustentando cõtribuerunt,  
in primis autem unà & cum illis omnes,  
quotquot eorum ad Circulum Rhena-  
num superiorem pertinent, ad ante di-  
ctum præsidium porrò alendum, amplius  
contribuere, hac verò in parte Electoris  
Palatini Celsitudinem omninò subleva-  
re, Eidemque de indemnitate cavere, &  
debēt & volunt, cum Ephoro seu muni-  
menti Præfecto, de tolerabili portione &  
alimentatione se transacturos polliciti.

Quæ res ut feliciter procedat, sacra Cæ-  
sarea

Anno  
1650.

Sacra Majestas pollicetur, literis se serenissimum Austriae Archiducem, Leopoldum Guilielmum, Belgii Catholici Gubernatorem, interpellaturam, atque eius Serenitatem eo disposituram, ut quævis contra excursions offensionesve, quibus cæteroqui finitimi Imperii Ordines exerceri facile possent, omninò intermittantur, & imprimis ditiones Palatino Electorales subditique, ab omni contribuendi onere eximantur atque eliberentur.

Ut autem Statibus & Ordinibus, qui ad sustentandum in utroque loco, Hailbronna puta & Francothalia, præsidarium militem, tributarii existunt, & quidem pro Quota singulorū, compensatio quæpiam fiat; visum est, omne æs hac via profutum, quantum etiam illud assurgat, successu temporis exactione Imperii publica vindicare, & tum, quod antedicti Status amplius, quàm Quota eorum postulat, numerarunt, suum cuiusvis restituere.

Præterea nomine Sacrae Cæsareæ Majestatis promissum est, fore, ut interea, & donec Francothalia ab Hispanico præsidio libera fuerit, præmemorati Domini Electoris Celsitudini, loco fructuum non  
perci-

percipiendorum, & pro omni damno ex Anno dicto munimento, singulis mensibus à 1650. Dato subscripti & ab omni parte rati habiti Recessus publici, Francofurti ad Mœnum, procurante solutionē Tribuno Imperii aulario, tria millia Imperialium adnumerentur & persolvantur, cum ampliore hoc appendice & conditione, quod si, contra omnem meliorem fiduciam, Francothaliensis præsidii Director ditiones Palatinas ac subditos tributi exactiōne divexare non cessaverit, illisve, tum intra tum extra munimentū, vel ipse damnū ullū aut iacturam quamvis, sive illa emergant ex reddituum collectionibus, contributionibus, exactiōibus, aliisve molestationibus, quocunque illa nomine veniant, inferat, aut per commilitones suos præsidarios inferri permiserit, Cæsaream suam Majestatem curaturam, ut in his omnibus Electori Palatino, prævia saltem demonstratione, debito modo satisfiat.

In cuiusmodi plenariæ indemnitate veram, tum etiam eventualem securitatem, Domini Electoris Palatini Celsitudo singulas & quasvis Imperii Publicas Exactiōes, cum modernas tum futuras, quotquot Electoratus suo & ditionibus

B. bus

Anno  
1650.

bus, singulis aut aliquibus, imponi con-  
tinget, donec Francothalia restitutio fa-  
cta, & damna occasione detenti loci con-  
tracta, sarcita fuerint, detinendi non so-  
lum jus habet; quin etiam, quod si illa  
Quota, quæ unanimi decreto Imperii, E-  
lectorumque, Principum ac Statuum cō-  
sensu, tum quoque vigore Matriculæ, in  
Electoraalem Palatinatum devolvetur, ac-  
cepta damna non exæquaverit, verum  
hæc illam superaverint; Cæsarea sua Ma-  
jestas nihilominus una eademque ratio-  
ne excessum atque defectum, & quidem  
in specie ex illis Imperii tributis, quæ Saxo-  
niæ inferioris Circulus adnumerare tene-  
bitur, sine omni prætextu & exceptione,  
supplere tenetur: quo fine, antedicti Cir-  
culi Principes ac Status, eiusmodi tributa,  
pro proportione sibi adjudicata, in sæpius  
nominati Domini Electoris Palatini e-  
ventualem indemnitatem securitatem-  
que, tam diu, donec Francothalia fuerit  
restituta, secum detinere, atque inde quæ-  
vis demonstrabilia damna rependere, ob-  
ligantur: id quod etiam, vigore præsen-  
tis Conventionis, remota quavis contra-  
dictione se ita præstituros, compolliciti  
sunt. Hæc de Evacuationis primo termi-  
no Mercurius referenda habuit.

Pro-

Progreditur ultra ad secundum & ter- Anno  
 tium: quorum ille est dies supra decimum 1650.  
 quartus ab exitu primi termini: nimirum  
 vigesimus quartus, iuxta stylum novum;  
 vel decimus quartus Julii veteris. In hoc  
 à parte Cæsaris evacuantor, *Landstulia,*  
*Homburgum, Hammersteinium, Dortmund-*  
*da.* A parte vero Sueciæ Regiæ, *Läger-*  
*dorffium, Gräfensteinia, Hirschberga, Leob-*  
*schuzia, Barcovvixium, Lipsia Vrbs cum*  
*arce, Nordlingia, Werthernium, Wunshei-*  
*mium, Landsberga ad Wartam, cum muni-*  
*mento Buchholz.* Hic autem dies decimus  
 quartus ab excessu secundi termini, nem-  
 pe septima Sextilis S. N. vel 28. Quinti-  
 lis, iuxta veterem stylum. Tunc enim re-  
 stitui jubentur, à parte Cæsaris, *Syburgum,*  
*Beineburgum, Landscrona, Essenia.* A parte  
 Suecicorum, *Glogovium maius, Ohlavia,*  
*Javerium, Polckenbaina, Ietschia, Mons*  
*Draconis, aliàs Tröschenberg, Minda, Nin-*  
*burgum:* residua quæcunq; loca in Electo-  
 ratu ac Marchionatu Brandenburgensi: dein  
*Vechta, Mansfeldia, Erfordia, Suinfertium,*  
*Weidena:* loca in Megalopurgensi Ducatu:  
*Reiffenberg, Lipstadium, & Frisia Orien-*  
*talis.* Plura qui in his scire desiderat, Con-  
 ventionem sive Recessum Pacis typis  
 excusum, consulat: quo curiosum lecto-

Anno  
1650.

20

*Mercurii Gallobelgici*

rem brevitatis studio remissum volumus.  
Exactis igitur quibusvis factæ subscriptiones solennitatibus, quantum quidem Cæsareos, & Regios Plenipotentiarios Electorumque, Principum ac Statuum Legatos, attinebat, & commutatione mutua facta: tum porro in confectio-  
ne Recessus Gallici laboratum est, præparatione facta, ut eius subscriptio ad diem Solis 22. Junii. 2. Julij, circiter quartam postmeridianam fieret: quandoquidem vero una & altera differentia interciderat, eiusmodi subscriptio in multam noctam protracta est, hora demum undecima à parte Cæsareanorum in ipsorum hospitio à Duce Amalfæo: à Domino de la Cour autem, Vautortio, & Avancourtio, ceu Regis, nec non Electorum, Principum & Statuum Deputatis, in domo Gallicæ Legationis peracta.

Dein post factam subscriptionem, sigillorum impressionem, & mutuam commutationem, dispositæ antea in aggeribus civitatis, & nunc iterum provectæ machinæ, die Sabbati 22. Junij, 2. Julii, intra 11. & 12. noctis, planè ut antea factum, ter crepuere: sclopetarii ante Curiam congregati, sclopetia sua displotere, & tum ante Cæsareanorum, Regiorumque

que Plenipotentiariorum hospitia tym- 1650.  
pana ænea intonuerunt, tubæque & litui in- Anno  
flati.

Sequente Dominica 23. Junii, 3. Julii,  
Noribergæ, & in quibusvis eius territorii  
locis, gratiæ publicæ habitæ: post conci-  
onem matutinam, in editissima Curia  
paradromide musicè cantatum, & deni-  
que Recessus Gallicus è Curia publicè re-  
citatus est, non sine amplissimis adhibitis  
solennitatibus, & ingenti populi trium-  
phantis lætitia, cum pridie eius diei qui-  
busvis carcere mancipatis, præter obæra-  
tos, libertas sua reddita fuisset.

Interim ad Domini Ducis Amalfæi *Dux A-*  
festivas epulas, & ignes artificiosos, quos *malfæus,*  
amore Pacis restauratæ fieri non sine in- *qui & Pic-*  
gentibus expensis curabat, magnus fiebat *colomi-*  
apparatus: Hoc sine ex peregrinis, & lo- *nus, fe-*  
cis longè dissitis, pretiosa advecta aulæa & *stivas &*  
peristromata: fructus item omnis gene- *solennes*  
ris exotici adportati, & extractū ex fron- *epulas in-*  
dibus arborum spatiosum quoddam tu- *stituit,*  
gurium, in quo solennes hæ epulæ exhi- *Noriber-*  
beri debebant, ea quidem magnificen- *ge, die Io-*  
tia atque capacitate, ut convivantium pl<sup>9</sup> *vis 14. 4.*  
ducentos admitteret: in cuius extrema- *Julii.*  
te seu apice Aquila, Imperii Romani si-  
gnum, cum sceptro, pomo & gladio, ex-  
B 3 *quisito*

Anno  
1650.

quisito opere apparebat. Nec minus, loco non multum remoto, ad ejaculandos pyrobolos seu artificiales, quos vocant, ignes, alia quædam excitata structura, & quidem in forma ampli Castelli, cum quinque turribus, & tribus statuis seu figuris, PACIS, INVIDIÆ & DISCORDIÆ, iusta viri staturâ: quarum postremæ duæ simul comburendæ: Pax autem salva & integra relinqui debebat. Præterea in utraq; Pegnisi ripa dispositæ 45. machinæ, & circa Castellum nudorum sclopetorum aliquot millia obiecta, quæ uno eodemque impetu exoneranda erant, succedentibus mox centenis aliquot militibus, qui excussis bombardis suis, Castellum op- & expugnaturi, atq; vi bombardarum omnia destructuri forent: cuius rei descriptio genuina hæc est:

Illustrissimus Dux Amalfæus, &c. Sacratissimi Imperatoris nostri FERDINANDI TERTII, apud Tractatus Executionis Pacis Noribergæ Plenipotentarius Primarius, confecto tandem per Dei gratiam feliciter laborioso Pacificationis negotio, gratam sui memoriam apud omnes relicturus, solenne illudque festivum epulum instituit, die Jovis 14. 4. Quintilis publicè exhibendum.

Hoc



Hoc fine, ante dictam urbem in campo jaculatorio, post ædem S. Johannis sa-  
 cram, exædificari fecit per amœnã atque *Locus, ut*  
 spatiosam Arcellam frondibus arborum *bi Amal-*  
 qua intus qua extus undique contectam. *seana hæc*  
 Ambitum ejus quod attinet, amplum re- *Charistia*  
 ferebat tectorium, cuius structura morem *celebrata*  
 Italorum imitabatur, forma octangularem *cum edi-*  
 venista, cum coronide ex frondibus si- *fici de-*  
 militer contexta. In huius apice videre e- *scriptione*  
 rat pomum Imperii coloris cærulei, cum *ornatu*  
 cruce aurea. Huic insidebat aquila nigra  
 grandior biceps, cum corona super capi-  
 titus, & expansis alis, ungula pedis dex-  
 te gladium coruscum, lævi autem sceptrum  
 tenens. Infra pomum, scutum apparebat,  
 exteriori sui parte contorto opere colo-  
 ris cærulei depictum, interiori cæruleum  
 erit, cum literis inauratis hunc sensum  
 exprimentibus: SUB UMBRA ALARUM  
 TUARUM MANEAT CONCORDIA SEM-  
 PER. Circumcirca coronidem, qua Po-  
 mûx Aquila superinnitebantur, depen-  
 debant expansa vexilla minora, quorum  
 extremitas in duas partes scissa, variorum  
 colorum, quibus cum Cæsaris tum Ele-  
 ctorum insignia depingi consueverunt,  
 cum coronis ex herbis ac floribus omnis  
 generis odoriferis, juxta appensis. Ab hac

Anno  
1650.

24

*Mercurii Gallobelgici*

extremitate seu apice, super fronte aquila  
versus arcem, cernere erat artificiosum  
quidpiam ex ligno, colore flavo obdu-  
ctum, instar operis emblematici, cum se-  
ptem virtutum imaginibus, quarum ab  
omni structurae latere una vel sedebat vel  
jacebat: in medio autem denuo scutum  
coloris caerulei, cui literis aureis interceptum  
legebatur: **HOC SORS INTERMINA  
NEXV P V L L V L A T.** Proximè affixe-  
rant tria vexilla maiora, quorum quocli-  
bet duas caudas vel prominentias habe-  
bat, hastis seu lanceis longioribus appi-  
cata, eo modo, ut eorum compositio com-  
plicatione triangularem redderet formam:  
horum, quod Sueciae Coronam innuebat,  
caeruleo-flavum erat, cum insignibus re-  
gis. Caesaris conspectum est nigro-fla-  
vescens, cum Aquila Imperii in medio.  
Gallus vexillum habebat omni sui parte  
candidum: quorum singulorum extre-  
mitatem cingulum vinculumve nigrum  
circumdedit, vocolam hanc auream inauratis  
literis exprimens, **CONCORDIA.** Aderat  
etiam Laurea, quae vexilla haec ambitu  
suo non leviter honorabat, & quasi tria  
uno nexu complexabatur. Super quovis  
angulo octangularis huius structurae, &  
quidem ab exteriori sui parte, ubi tectum  
sive

Anno  
1650.

sive Coronis assurgere incepit, pugio qui-  
dam factus artificio stabat, totus depictus ac  
nudus in cuius sinistra scutum, recta autē  
vexillum apparuit, multo quidem minus  
tribus illis supra indicatis, altamen ali-  
quanto maius cæteris, de quibus antea  
scripsimus: & ceu in quolibet dictorum  
scutorum certi alicuius Elect. insignia Im-  
perialia depicta erant: ita & colorū vexil-  
lorum colori insignium pulcre respondit.

Intra tentorium hoc seu tugurium frō-  
dosum, versus propylæum, cernere e-  
rat Tabalum oblongam atque pictam,  
& tamen forma pentagonali, cuiusmodi  
in theatris videntur: ita ut tabula hæc, in  
eiusmodi pentagonali forma extracta &  
composita, quinque domus angulis affa-  
brè quadraret. Sextus ædificii huius an-  
gulus propylæum magnum habebat.  
Ex angulis septimo & octavo, latera ver-  
sus, & quidem alarum instar expansæ, duæ  
iterum paradromides, frondibus orna-  
tissimè investitæ, in forma spatiosorum  
ambulacrorum, cuiusmodi in hortis æ-  
mœnioribus videre est, forma superiore  
sui parte rotunda, sub quarum qualibet  
longa tabula, triginta sex personarum ca-  
pax, versus aream cum fornicibus, in su-  
perna parte asseribus incisus, ac pyrami-  
di colo-

B §

di colo-

1650.  
Anno

26

*Mercurii Gallobelgici*

di colore luteo depictæ impositis. Super  
arcuato hoc opere intermixtæ erant her-  
mæ, (sunt autem hermæ, statuæ quadra-  
tæ, plerumq; solo capite insignitæ, à Mer-  
curio sic appellatæ: cuiusmodi formâ pri-  
sci Romanorum Imperatores depingi  
solent. Nos generaliter accepto vocabu-  
lo, possumus sic appellare omnes statuas,  
januis aut aliis operibus ornatus causa im-  
positas) & in superiore fornicum parte  
suspensa opera totta ex fronde viridi &  
ære coronario, id quod in sole splendore  
non ingratum reddidit. Inter hæc autem  
mala Hesperia, quæ citrea dicunt, & au-  
rea, picta apparebāt. E superna parte for-  
nicis propylæi magni, ubi structuræ me-  
dium, dependebant ligamenta ex pseu-  
dotapheto aureo & argenteo, cum inter-  
nodatis variorum colorum rosis & flori-  
bus. Super frontispicio, seu porta ambu-  
laci versus dextram aliud quidpiam or-  
natum ex ligno, oculos spectantium affi-  
ciebat: figuræ adiectæ coloris lutei erant:  
in medio scutum prominebat cæruleum,  
aurea hæc epigraphe insigne: **DIFFICIL-  
LIMA VINCIT DOCTA MODERATIO.**  
Super introitu autem versus lævam, in  
scutis parvis, quæ à parte interna super  
fornicib; octo horum angulorum dispo-  
sita

sita erant, inauratis literis legere erat: **HORRIDA FRANGANTUR, NVNQVAM REPARANTUR ET ARMA.** Intra hanc domum frondeam, quælibet columna angulorū statuam pictam sustinebat, super cuius capite lychnuchus, cui demum surgentibus astris accensi cerei immissi. Similiter in scutis aliis minoribus, quæ ab interna ædificii parte super arcubus octo horum angulorum distributa cernebantur, inaurata scriptura legere erat: **FERDINANDO TERTIO ROMANORVM IMPERATORI: PIO, IVSTO, FELICI, CLEMENTI, PACIFICO, INVICTO, SEMPER AVGVSTO.**

In medio, ex alto prominuit vastæ molis candelabrum ligneum, stellæ instar factum argenteo que incrustatum, & ab uno apice ad alterum pseudotapheto aureo ac argenteo connectum, cum rosa in medio adnodata, super quo vesperi lampades accensæ quiescebant. Super tabulis ambulatorum pendebant candelabra itidem lignea, ast formæ minoris, pseudotapheto coloris rubri & candidi in modum majoris exornata. Ab exteriori arcellæ huius parte diversis in locis videre erat abacos, lateribus domus adnexos: item hypæthria seu subdialia duo, concentui muscorum

Anno  
1650.

Anno  
1659.

corum ac symphonicorum destinata. Tabula pentagona, quæ omnium prima erat, quinquaginta admittebat personas: & hæc eo duntaxat latere occupata, quo tergo arcellæ jungitur, alterum latus anteriorius prospectui accumbentium relictum. Tabulæ huic media sui parte apposita erant sedilia octo maiora, holoserico rubro obducta: cæteræ meræ fellæ, panno, sive rubro sive candido copertæ, à tergo cum aquila bicipite nigra, corona, gladio & scepro; cuiusmodi fellæ & cæteris tabulis adjunctæ. Hæc de forma ædificii.

*Ordo inter accumbendum observatus.*

Procedimus ad ordinem in sedendo observatum. Sedilia antedicta octo, serico contexta, occupaverunt Celsissimus Princeps Palatinus, Carolus Gustavus, militiæ Sueco-Regiæ Generalissimus; cui à læva adsedit Illustrissimus Dux Amalfæus, Plenipotentarius Cæsaris, & eiusdem militiæ Generalis. A dextra, Domini Campo-Mareschalli Wrangelii Excellētia. A latere accubere, uterque Cæsaris Legati & Consilarii, Dominus Volmarus, & Dn. Cranius. Ad sinistram Ducis Amalfæi, (quantum relatum accipimus) sedilia tria vacabant: utrum verò Legatis Galliarum Regis servire debebant, asseri hoc non posse aiunt, siquidem dictorum Legato-

Legatorum convivio huic nemo interfuerit. Ex ordine sedebant Regii Suecici Plenipotentarii, nimirum Dn. Alexander Erskeinius, Consilii bellici Præses, Liber Baro Oxenstirna: super quibus Cadurcum videre erat ex tapheto coloris rubicundi & cædidi, Aquila, Imperii Romani signo, è medio propendente. Post Ducem Amalfæum, intra arcellam, in domuncula quadam frondibus undiq; oblecta, viva quædam aderat aquila. Alternatim ab utroque latere convivabantur, Electorum ac Principum Legati: tum Civitatum Imperii ac Rerum publicarum liberarum Deputati, quorquor in conficiendo Pacis operoso hoc negotio apud Noribergenses fidelem navaverant operam: quibus protinus nonnulli maiorum gentium Officarii bellici, & id genus alii eminentis dignitatis viri graves, præter cæteros, vigilum Præfectus Generalis, Dominus de Linde, Monsieur Bossius, qui nuper ex Suecia redux, Wismaria Noribergam venerat, & Baro Oxenstirna alter, intermixti accubuerunt.

Tabulæ ambulacri ad dextram adsidebant Principum, Comitum, Baronum, aliorumque Austriaci sanguinis Procerum Coniuges ac Viragines: inter quas promi-

scuo

Anno  
1650.

Anno  
1650.

scuo ordine, Celsissimus Dux Saxoniae  
Julius Henricus: Christianus Augustus,  
Princeps Palatinus Sulzbacensis: Prin-  
ceps quidam Culmbacensium familia or-  
tus: Carolus Magnus, Marchio Baden-  
sis: Comes de Mansfeld, Campi- Mare-  
icallus Cæsareus: item Dominus May,  
Celsissimæ Heroidis, Hassiæ Landgraviæ  
Legatus, & eius in militia Locumtenens  
primarius: & id genus plures.

Mensam xysti alterius lævam versus,  
occupaverunt nonnullorum belli Præfe-  
ctorum uxores: tum etiam primariorum  
Senatorum Noribergensium Matronæ ac  
virgines Patriciæ: nec non inclyti Magi-  
stratus Noribergensis digniores atque e-  
minetiores. Officiariorum bellicorum  
Cæsareorum, gentium tum maiorum tum  
minorum, nemo mensis accubit, munere  
iniecto, ut convivis reliquis adessent,  
& pocula aliaque ministrarent: & quidem  
prout conditio cuiuslibet postulare vi-  
debatur. Nec facile dictu est, quam niti-  
dis, artificiosè complicatis, & in varias for-  
mas ac figuras compositis mantilibus, (ne  
de missuum varietate, præstantia & abun-  
dantia quid dicamus:) mensæ ac tabulæ  
undique instructæ & impeditæ fuerint.

Extra arcellam hanc, seu domum vo-  
luptua-



luptuariam, in area conspiceret erat hypæ-  
thria duo (Altaanen:) fronte viridi arti-  
ficiosè redimita, eo fine constructa, ut ibi  
tubicinum æneatorumque Chorus, quo-  
rum 24. numero erant, è regione vicibus  
alternis concineret. Hæc de ædificii stru-  
ctura, ornatu, atque inter accumbendum  
ordine, dicta satis sunt.

Sequitur nunc Castellum, ignibus festi-  
vis seu triumphalibus ei aculandis desti-  
nati, ulterior descriptio, quæ talis est:

Contra arcellam supra descriptam,  
juxta longitudinem areæ locus quidam  
apparebat, ejiciendis atque ostendendis  
pyrobolis destinatus. Hujus forma instar  
Castelli spatiosi erat, in cuius turribus  
gingritores & ascaulæ diem cantando tri-  
verant. Circumcirca dispositi cervi, seu e-  
chini militares, (Spanische Keuter vul-  
gus Germanorum appellat:) in quorum  
cuiuslibet apice teli igniti ictus unus late-  
bat, qui effectum sine errore habuit, echi-  
nosque, simulac pyrobolicum hoc artifi-  
cium succensum fuerat, ad motis facibus  
delevit.

Arcem pyrobolariam sive Castellum,  
extrema sui parte exornabant vexilla di-  
versa, coloris candidi partim, partim atrii.  
Intra portam conspiciendum se dedit

MARS

Anno  
1650.  
Hypæ-  
thria, pro  
tubicinū  
& tym-  
panotri-  
barum  
choro.

Pyrobolo-  
rum triū-  
phalium  
succensio.

Anno  
1650.

MARS, facie minaci ac horrida, contra-  
nitenti similis: manuum unà ante se te-  
nebat scutum, alterà autem gladium stri-  
ctum, icuque paratum. Supra portam  
assidebat deformis INVIDIA, telum i-  
gnivomum (eine Raclere;) ore conti-  
nens, ac denique, cum pyroboli ludere  
inciperent, ignem insufflans. In medio  
aræ, inter arcellam & structuram pyro-  
bolicam constructa cernebatur columna,  
qua innitebatur PAX, habitu cæruleo  
rubro venerabilis, capillis discinctis, figu-  
ra fœminæ structuræ mediocris, cū ramu-  
sculo Palmæ arboris, & corolla ex fron-  
dibus lauri in manibus. Haut vero longè  
à porta arcellæ maiori, funis expansus e-  
rat ubi telum primò ignitum incensum  
ad statuam usque prorueno, succensio-  
nem procuravit: circa quam statuam,  
quatuor laternæ maiores occlusæ, diver-  
sosictus emittebant. Hoc penè exeunte,  
inde porro aliud telum ignitum (Raque-  
re;) inter echinos militares progressum,  
festivos eosdem igne collucere fecit: id  
quod intuentibus non ingratum præbuit  
spectacolum. Et ita etiam cum omni reli-  
quo artificio pyrobolario processum est,  
donec tandem Castellum, cum MARTIS  
& INVIDIÆ figuris, in cineres & favillas  
fuit

fuerit redactum: significatum, **PACEM** Anno denique hocce adversarios suos feliciter 1650. prostravisse, atque è medio sustulisse: cui spectandæ festivitati & triumpho bihorium insumptum est. Et hæc de artificio pyrobolico.

Ad eundem modum Dux Amalfæus, *Dn. Du-*  
die Solis 17.7. Julij in antedicta Arcella, *cis Amal-*  
quibusdam Patricii sanguinis Primatibus *fai libera-*  
apud Noribergenses, qui operâ antea inter *litas in*  
convivandum locaverant, lautissimas *pueros,*  
instrui epulas curavit. Tunc etiam Pars *Noribere-*  
ruricularum famulorum famularumque *ga.*  
choreas duxere, hospitium Illustrissimi  
Ducis convenienti ordine prætergressi,  
tempora redimiti ligaculis sericis diversi-  
colorib<sup>9</sup>: quos aulædi & lyricines in curru  
duodecim equis juncto, & frondibus ar-  
borum undique inumbrato, antecesserunt.

Altero post diluculo, cum per civitatem rumor increbuisse, Dominum Ducem intelligi fecisse, etiamsi centeni aliquot pueri, baculis, equorum loco, inequitantes, ante hospitium suum se conspiciendos darent, neminem tamen eorum non donatum se dimissurum: qua hominis illecti liberalitate, mox numero circiter mille quingenti confluxere, & in loco

C

dicto

Anno  
1650.

dicto se sistere non omisere. Et licet ea die, votorum suorum (:rumor enim falsus exierat) minimè compotes fierent, Dux tamen largissimus nullus intermisit, quin paucis post diebus certum quoddam numisma in memoriam reparatæ Pacis nomine eius excusum, plus sexcentis eiusmodi pueris, sexennibus aut septennibus, ante hospitium distribui mandaret, die solis 24. 14. Iulii. Valor eius dimidium numum Capitatum, sive decem crucigeros, precio adæquavit. Forma erat quadrata, ab uno & quidem dextro latere Aquilam exhibens, cum hac subscriptione: VIVAT FERDINANDVS III. ROM. IMPERATOR VIVAT. ab altero autem lævo, Puerulum baculo, ceu equo insidentem, cum virgula in manu, & adscripto hoc epiphonemate: MEMORIA PACIS NORIBERGÆ, Anno 1650.

*Tractatus* Hæc dum dicta ratione Noribergæ geruntur, interea Tractatus Executionis *Pacis Noribergæ.* Pacis paulatim dissolvitur, & diversi diuturnioris huius Compositionis Proxenetræ abitum parare incipiunt. Primus autem omnium Noribergâ Erfurtum discessit, Dominus Jacobus Barthius, Coronæ Sueciæ Consiliarius & Residentis, cum Domino Sommerfeldio, militum tribuno, & pluri-

pluribus aliis hos subsecutis. Dein Sab- Anno  
 bati 13. 23. Julij, isthuc iter ingressus quo- 1650.  
 que est, Celsissim. Princeps Palatinus, Ca-  
 rolus Gustavus, comite usus Excellentissi-  
 mo Domino Campi-Marescallo V Vran-  
 gelio, cum omni cetera aula: in quorum  
 honorem machinæ civitatis aliquoties di-  
 splosæ perhibentur. Via, quam inierunt,  
 Bambergam ducebat: ubi à Reverendis-  
 simo Domino Episcopo ac Principe ho-  
 norificè excepti, liberaliùs tractati dona-  
 tique fuere. Inde Erfurtum processum:  
 in quam urbem, Veneris 19. 29. dicti men-  
 sis, adscitis in consortium Erskenio, bel-  
 lici Consilii Præside, & plurimis aliis, in  
 morem triumphantium introierunt.

Relictis igitur Erfurti aliquantisper no-  
 vis his hospitibus, videamus, quid interea  
 temporis in & apud aulam Imperatoris  
 relatu dignum acciderit; cuius Relatio-  
 nis initium faciemus ab anni noviter in-  
 gressi primordio. Ad diem Veneris 4. Feb.  
 25. Januarii, Legatio Turcica (quæ aliquã-  
 diu apud aulam Sacratissimæ suæ Maiesta-  
 tis negotia sua curaverat, & de qua Mer-  
 curius noster in præcedenti libello Pagi-  
 na 52 pauca retulit.) rebus tandem fe-  
 liciter expeditis, donisque Cæsare dignis  
 acceptis, præsidio usâ Germanico, terre-

*Res quæ-  
 dam nar-  
 ratu di-  
 gna in au-  
 la Cæsaris  
 Domini  
 nostri Cle-  
 mentissi-  
 mi.*

Anno  
1650.

stri itinere Posonium descendit, idque ob eam causam, quod Danubius fluvius illius versus glacie adhuc concretus, navigationi incommodus esset.

Per eos dies Cæsar noster Clementissimus Baronem Schmidium in Consilii bellici Adseñorem adscivit, eidemque dignitatem ad Portam Ottomannicam Legati Ordinarii confirmavit. Similiter etiam Dominus Comes Bernhardus de Marteniz, supremi Bohemiæ Regni Burggravii piæ memoriæ filius, & in præsens tempus usque Camerarius Provincialis, in eiusdem regni supremum Aulæ Magistrum assumptus fuit, in quæ finem duodecimâ Februarii fidelitatis iuramentum præstitisse scribitur.

Mensibus Martio, Aprili & Maio, cõscriptio militum, quæ equitum quæ peditem, pro Rege Hispaniarum, Viennæ, & in cæteris provinciis Austriacis, acriter ferbuit: quos recens collectos milites, (quorum magnus fuit undique concursus,) Legatus Hispanicus, in aula Imperatoris versatus, idoneis Officiariis, signis item & requisitis cæteris, sollicitè instruxit, ac proque ab illis militari sacramento paulatim in Belgium à se dimisit.

Die solis 24. 14. Aprilis, Reverendissimus

mus

mus Viennensium Episcopus exquisitum Anno  
 ac persumptuosum decies mille floren- 1650.  
 rum convivium apparari curavit, cui Cæ-  
 sareæ sua Maiestas, Rex item Hungariæ  
 ac Bohemiæ, Principes Iuniores, aliique  
 principis dignitatis viri, interfuere: quæ  
 Domini Episcopi liberalitas in plebem  
 usque processit, cui exhaustum centum  
 vini, partim rubri, partim albi, amphoras  
 exposuit.

Sub vesperam eius diei, Turcicus qui-  
 dam Tschiaus Viennam cum exiguo co-  
 mitatu venit, nuncia adferens, eximiam,  
 eamque numerosam legationem ad au-  
 lam Imperatoris in itinere esse; & quod  
 in conclusæ nuper pacis confirmatione,  
 (videantur antecedentis libri paginae 44.  
 & 45:) commutatio utriusque Partis Le-  
 gatorum loco destinato proximè subse-  
 cutura esset. Non autem hac in aula mul-  
 tos dies traxit: verum cum die Lunæ 16.  
 6. Maij Illustrissimus Princeps Lobcovit-  
 zius, Consilii Imperialis bellici Præses,  
 humaniter ipsum audiisset, donisque tan-  
 to Principe dignis, torque nimirum au-  
 reo, sexaginta Coronatorum pretium ex-  
 æquante, item poculo quodam capacio-  
 re inaurato, & panni non nihilo affecisset,

C 3

tandem

Anno  
1690.

38

*Mercurii Gallobelgici*

tandem die Mercurii 18. 8. e. usdem navali itinere ad suos rediit.

Adulto deinde Iunio, cum alius quidam eius nationis Cursor, quem nos Tschiusium appellabimus, Viennam ingressus fuisset, nuncians, antedictam Legationem Budæ sibi postremò visam esse; quare convasando munera Imperatoris pro Turco magno, Baro Schmidius initium fieri mandavit: quorum specificacionem hanc esse, Vienna literis relatum accepimus.

PRO SULTANO, seu Turcarum

IMPERATORE.

Mensa seu tabula rotunda argentea una. Duo Plycteres lacusve augustæ formæ. Candelabra argentea sex, cum duobus emunctoriis eiusdem materiæ, & pertinente patina. Totidem phialæ pateræve operis anaglyptici. Totidem Urcei Chia-vici. Quatuor ampullæ, reponendis floribus commodæ. Arcula, cum omnivario ornatu aurato, quæ occludi recludique potest. Sex thuribula perforata. Duodequingenta patinæ maiores, cum totidem orbibus seu discis, & duodecim patinis minoribus. Horologium exquisiti artificii, & molis grandioris. Malluvia duo plana, undique inaurata, cum cantharis suis.



uis, Pateræ, vino prægustando destinata, Anno  
 duodecim. Corbes perforatæ duodecim, 1650.  
 cum floribus artificii anaglyptici. Quæ in  
 universum besles argenteos bis mille, nõ-  
 gentos & octoginta octo, pondere exæ-  
 quant.

His adiuncta etiam sunt munera alia  
 pro Sultani Ministris aliquot dignioribus:  
 utpote pro septem Vezieris, Bassa Bu-  
 densi: Gayio Budensi: Beego Strigonien-  
 si, & pluribus aliis. Hæc consistere aiunt  
 in omnis generis malluviis pollubrisve &  
 Cantharis, candelabris, phialis, páteris,  
 patinis, & id genus supellectili argentea  
 alia, bessium argenteorum, supra qua-  
 dringentos, sexaginta duorum. Accedunt  
 porrò omnis generis argentea vasa exqui-  
 sitioris artificii, quorum pretium besles  
 argenteos quingentos quinquaginta ex-  
 cedere refertur: omnia pro lubitu Excel-  
 lentissimi Domini Oratoris Schmidii, in-  
 ter maiorum gentium Turcas distribu-  
 enda. Fide dignorum literis transcriptum  
 accepimus, universa hæc munera quator  
 mille quadringentis bessibus argenteis  
 pretio adæquari, quæ in pecunia consti-  
 tuunt summam quadraginta millium Im-  
 perialium thalerorum. Munus, sanè Chri-  
 stianissimo nostro FERDINANDO di-

Anno  
1650.

gnissimum: quod ut in dignum etiam cadat, & finem desideratum, Cæsari atque toti Imperio Romano adferat, DEVS, qui omnia potest, TER OPT. TER MAX. FAXIT.

Die Jovis 30. 20. Junii, inter undecimam & duodecimam antemeridianam, militum tribunus Ransthius, veredis Noriberga advectus, cum tubicine uno Viennam, citra hominum expectationem, ingressus est, recta via ad aulam Imperatoriam procedens. Illuc delatus, Sacræ Cæsareæ Maiestati Recessum Pacis Publicæ subscriptum, (aiunt, appositum fuisse ramusculum oleæ, laureolam, & Columbam candidissimam, unionibus pretiosissimis atque adamantibus fulgentem :) holoserico cæruleo illigatum, & anteriore sui parte in charta inauratum, cum duobus sigillis aureis ex illo dependentibus, demittē obtulit: quem proinde sacratissimus Cæsar, Pacis amantissimus, clementissimè accepit, & in cōceptæ lætitiæ contestationem, (prout quidem refertur:) antedictum Dominum tribunum, annulo digito detracto, sexies mille Imperialibus æstimato, unà cum catena aurea, & numismate, quod favoris appellant indicem, indè dependente, liberalissimè donavit.

donavit. Hoc etiam sine, ad diem solis Anno  
 24. 14. Julii, per omnes Cæsaris provin- 1650.  
 cias hæreditarias, supplicationes publicæ  
 indictæ, quib<sup>2</sup> Cæs. sua ac Regia Maiestas,  
 se ipsas interfuturas promittebant. Tunc  
 cõstitutum erat, hymnum DD. Ambrosii  
 & Augustini musicè concinere; captivos  
 quosvis, præter obæratos, in libertatem  
 asserere; & ita occasione festi tam solen-  
 nissimi, Pacem ubivis locorum publicare:  
 id quod etiam evenit, dum antedicta die,  
 post cultum divinum rite peractum, pul-  
 su campanarum, & ducentorum circiter  
 tormentorum æneorum machinarumve  
 dispiosione, solenniter triumphatum  
 fuit. Hæc ex Imperatoris aula.

Statum Bohemiæ regni quod attinet, *Res Bohemica.*  
 pauca quædam Mercurius, quæ de hoc  
 referat, habet. Pragam igitur Bohemo-  
 rum metropolin, quod concernit, ma-  
 gnus illinc annonæ tormentariæ & varius  
 proventus, Pilsena quoque, in complu-  
 ria eaque contermina loca, è quibus præ-  
 sidia Suecica nuper deducta fuerant, ex-  
 portatus.

Pragam ipsam, loci Præfectus, Dn. Co- *Pragae-*  
 mes Contius, vigilum Præfectus Genera- *gregie cõ-*  
 lis, omni sui parte egregie communivit: *munitur.*  
 in quo negotio, cum deprehenderet, col-  
 lecta

1650.  
Anno

lem patibularium ea esse altitudine, ut Pragensibus indè tormentoum assultibus incommodari possit, sublatis prius vi subjecti pulveris octo patibuli fulcris, partem montis opera curiculariorum avellendam mandavit. In hanc rem etiam vigilantissimus Cæsar noster, nullis percipit sumptibus, volens, ut inclytus Magistratus utriusque, quâ veteris quâ novæ urbis, ex illo potissimum censu, quem ad reparanda mœnia, ac munitiones, quas proxima Suecorum violentia destruxerat, reficiendas, in certum tempus cessisset, cum cæteris turrim etiam pontis, vi tormentorum vehementer concussam, proximè restaurandam curaret. Et ut paucis omnia dicamus, tâtum operæ in communiendis his Pragensium civitatib. impensum est, ac si in munimenta primaria convertendæ forent: cui promovendo negotio, præfatus Dominus Gubernator minimè defuit.

Tunc & in parvæ urbis (vulgò appellant, *auff der Kleinen Seiten*) munitionibus domunculæ lapideæ excitatæ, quarum singulæ duos milites capiebant; eo fine, ceu scribunt, constructæ, ut posthac præsidarii inibi hospitarentur, & ceu in  
Hungaria

Hungaria & alibi fieri solet, quâ hieme Anno  
quâ æstate, vitam in illis agerent. 1650.

Deinde Cæsaris mandatu, cum in ve-  
teris urbis Circulo, quem dicunt, (auff  
dem Alt. Stätter Ring) Columna mar-  
morea, Divæ Matris Virginis imagine, ceu  
Monachii ante multos jam annos, &  
Viennæ ante triennium circiter factum  
est, erigi deberet; jaciendo fundamento  
initium continuo datum, & quicquid ma-  
terierum necesse videbatur, sedulo appor-  
tatum.

Decima octava Junij, quidam nobili  
profapia ortus, Pragæ illatus est, cum plu-  
ribus aliis captivis, quos viatores pecunia  
& reclusis suis emunctos, trucidasse etiam  
perhibent: de quorum supplicio nec dum  
certi aliquid expiscari licuit.

Mensis demum Julii die 24. S. N. non  
solum in tribus Pragensium civitatibus,  
sed & in aliis regni Bohemiæ locis, urbi-  
bus, oppidis, villis ac pagis, ob Pacem No-  
ribergæ feliciter tandem aliquando con-  
clusam, solenniter triumphatum. Habita  
enim concione matutina, Cantum hy-  
mnumve Te Deum, &c. in omnibus tem-  
plis resonuisse; Campanas integram ho-  
ram pulsatas; dein Eminentissimum Domi-  
num Cardinalem ab in Harrach in Basilica  
arcis

Anno  
1650.

arcis perelegantem Orationem recitalle : qua audita , protinus centum & octo machinas fulminales , diversis in locis dispositas , non inaccepto murmure commugisse ; cives , & mechanicorum famulos omnium trium civitatum , qui vexillis & armatura conspicui , in diversis arcibus convenerant ; tum quoque præfidiarios, Wallenstenianæ ac Contianæ Legionum, bombardas ac sclopeta sua ternaria dispositione exonerasse , intelligimus. Præterea in arcibus & Curia turribus musici Symphonicorum concentus exhibiti ; tubæ inflatæ , tympana ænea pulsata , & id genus plura , visum atq; auditum afficientia , passim observata. Adhæc ante Procerum civitatis , primariorumque civium ædes , interdium betulæ erectæ , vesperi faces accensæ : & quod non sine ingenti voluptate spectatū aiunt , diversis in locis , pontibus etiam , & ante urbem , ignes triumphales colluxerunt.

*Hungari-*  
*ca.*

In Hungaria Status illi loca & subditos , quos Turcæ durantibus pacis tractatibus ( vid. præcedens Relatio pag. 51. ) vi occupaverant , summopere repetebant ; quo fine aliquot in locis militum conscriptiones institutæ. At cum Legatus Turcicus Viennæ damnorum refusionem , ac  
sub-

Subditorum restitutionem promisisset, Anno  
curassetque ut Bassa Budensis, ob factam 1650.  
nuper in Hungariam irruptionem, offi-  
cio fuerit deiectus, res omnis in meliorem  
statum rediit.

Sub illud tempus Cæsar, ad sublevan-  
dã non nihil Austriæ superioris provincia-  
rum calamitatem, quippe in quibus sum-  
ma tunc annonæ difficultas erat, per Ge-  
nerosissimum Dn. Comitem Buchhem-  
um cum Hungariæ Ordinibus tractavit,  
ut legiones pedestres duas, equitum au-  
tem unam, in regni finibus alendas hæc  
saltem hieme susciperët: cui petito status  
Hungarici difficulter annuere videban-  
tur: responderunt enim antedicto Dn.  
Comiti, fieri quidem posse, quod peti-  
tum est, sed non nisi in finitimis Regni  
Propugnaculis, & quidem Cæsarea sua  
Maiestate sumptus suppeditante.

Tunc etiam Comes Zerinius in insula  
sua Legrad, cum Turcis conventum cele-  
bravit, ac pacem de novo tali ratione cõ-  
stituit, ut inter utramque partem liber  
commerciorum usus esset, nec una alteri-  
us terras hostilibus incursionib. affligeret.  
Ad causam hanc ventilandam, Turcarum  
quingenta Legradia venerunt, & inter  
hos decem Agæ, quibus omnibus Agæ  
Ca-

Anno  
1650.

Canisiensis, in absentia Bassæ præfuit.  
Diæta quoque Caschaviæ habita, ubi inter Status Hungariæ conventum est, certis de causis, nobis autem necdum exploratis, trium religionû exercitia hac in urbe posthac tolerare: in qua diæta, præter cætera, religionis negotium, & modus de sustinendo Germano milite, feliciter pertractatus est.

Turcæ cum illo tempore incursionibus continuis nostros vehementer excruciant, & cogendo milites assidui essent, opera eorum contra Dalmatiam, ut quidem prætendebant, usuri; propugnacula Hungariæ undecim equitum Germanicorum cohortibus communita sunt, Turcarum nempe incursiones inhibitu, aliasque incommoditates prohibitu. Metu igitur novorum in confinibus Hungariæ motuum, Vienna omnis generis apparatus bellicus, machinæ, catapultæ igniaræ, commeatus tormentarius, & alia ad propugnationem facientia illuc exportata: hac etiam de causa uterque Campi-Marescallus, Comes à Buchheim, & Baro à Rauschenberg, cum quinque mensium stipendiis Iaurinum, Gomoram & Neuheuseliam profecti sunt, præsidis confinium satisfactum. Hæc de Hungarorum gestis.

De



De rebus inter Hispanos & Gallos, Anno  
in inferioris Germaniæ partibus gestis, an- 1650.  
tecedentis libelli paginis aliquot dictum  
est. Antequam autem in hac materia ca-  
lamum latius stringamus, de Lotharingi-  
corum expeditione pauca quædam præ-  
mittenda videntur: horum enim gesta,  
inter Hispanorum actiones ut plurimum  
intermixta reperies.

Ab eo tempore, quo de Lotharin- *Lothar-*  
gis loqui cessavimus, incredibile dictu *ringici e-*  
quantus stupor diœcesis Colonienfis in- *xercitus*  
ferioris, & imprimis Ducatus Juliacensis *gesta.*  
subditos oppresserit, incolis accolisque  
magno numero cum reclus suis ayla  
quærentibus, siquidem ob crebras Lo-  
tharingicorû excursionsiones, nisi in locis  
obfirmatis, nemo vitam tuto agere pote-  
rat. Senescente Januario, hospitium, quæ  
aliquandiu in vicinia Marcoduri occupa-  
verant, mutatis, paulò illa inferius circa  
Heinsbergam, Gelenkirchiam & Bracke-  
liam, & in cæteram eius viciniam transtu-  
lerunt. Dum autem Juliacensis Duce-  
tus Mareschallus Bruxellis redux, cum il-  
lustrissimo Duce Lotharingæ de hospi-  
tium horum deductione eò transegisset, ut  
post quingentorum Cororum fumentum  
præstationem, id quod petitum fuerat, fie-  
ren

Anno 1650. ret, dicta provincia omnino excefferunt & pedem in Aquisgranensium agros intulerunt.

*Lotharingici Archiepiscopatuum Trevirensis & tractum Obrincanum affligunt.* Ad diem 23 13. Febr. commilitii Lotharingici legiones, equestres ac pedestres viginti quatuor, numero circiter 8000. Duce vigilum Generale - Præfecto Domino de la Fauche, circa Daunium, quod est in Trevirensi Archidiœcesi, appulerunt, quatuor machinis fulminalibus instructæ: de quarum expeditione tamen nihil relatu digni reperire potuimus. Horum hominum aliquot centeni, quæ equites quæ pedites, per tractum Obrincanum (*Hunnerrück*:) longè latèque discurrentes, è diversis præfecturis Magistratum atque Officiales captivos abduxere, iniungentes, ut libertatem atque exustionem auro redimant. Aiunt, & à dicta diœcesi Trevirensi viginti millia Imperialium efflagitasse, prætendentes, se à Capitulo vocatos latum suppetias, advenisse: æquum igitur esse, cum Rosianos ex his partibus propulerint, ut sibi in hoc casu satisfiat: quamobrem antedictum Capitulum Trevirensis nonnullos Deputatos ad ipsos dimisit, qui rem interventu suo componerent.

*Arce*

Medio circiter Martio, pars peditatus  
Lo-

Lotharingici, Duce Barone Glineau inter Anno  
 Trorbacum & Bern. Casselium Mosellam 1650.  
 traducta, arcem Losenicum, quæ nonnisi *Losenich*  
 quadraginta defensores ex legione Ro- *expugnāt.*  
 siana nova alebat, transactione deditam  
 accepit.

Sub Aprilem cum Lotharingici Eyffe- *Cum Hi-*  
 lianum tractum hospitiiis premerent, in *spanis si-*  
 mandatis acceperunt, ut collecto undiq; *gna par-*  
 milite signa coniungerent, & Archiepi- *tim con-*  
 scopatu excederent. In eodem labore *jungunt.*  
 Hispani quoque occupati, ex omnibus  
 præfidiis milites cogebant, traductum ex-  
 ercitus in Brabantiam, ut proxime futu-  
 ro Maio, matura expeditione hostibus  
 obiici posset. Nec verò Lotharingici in  
 parendo segnes, convasatis rebus suis, cū  
 Hispanicis (at dimidia duntaxat exer-  
 citus parte) ex Archidiocesi Trevirensi,  
 (ubi fœda reliquisse vestigia perhibentur)  
 versus Mosam in Flandriam progressi sunt;  
 reliqua autem exercitus pars Lotharingi-  
 ci, uno eodemque tempore in Archiepi-  
 scopatu hæsit.

Igitur post Lotharingicorum discessum  
 in Flandriam, cætera eius militiæ signa,  
 2500. hominum aut circiter, imperia  
 moderante Comite Linguevillano, Sara-  
 vo castra admovere non dubitarunt, ubi

D Balia

Anno  
1650.

Balia Bechingem in ipsorum obsequium concessit. Hanc secuta est arcis Hirspergæ deditio: deintenta Waldersfangen, & expugnati in locis antè nominatis Sirciam dimissi; quamvis sint, qui & hanc Lotharingicos hostiliter postea invasisse, affirmare non verentur.

*Metensium agros diripiunt, & Rursum Rursum captivum obtinent.*

Deinde ad Metenses etiam messe sua, jam flavescente, fraudandos, nullis non modis allaboratum est. Hoc fine die Dominica 3. Julii, 23. Junii, quingentorum circiter equitum manipulus, Duce tribuno Herroo, facto in Metensium pagos vehementi impressione, centum amplius equos, & pecoris bubuli ultra millia capita isthinc abegit. Et dum in hac ipsa historia & occasione describenda occupamur, rumor certus advolat, Dominum Rursum, Martis Gallicani strenuissimum asseclam & vigilum Generalem Præfectum, cum commilitum aliquod, in Argentoratensi dioecesi aliquandiu divagatum, quæ equestre quæ pedestre, per Lotharingiæ Ducatum in Galliam traditurus esset, octava Augusti per Lotharingici equitatus turmas aliquot, quibus legionis Linguevillanæ Legatus, Dominus Theodoricus Stauchius (natione Francofurtanus, & laudatissimæ huius  
Rei-

Reipublicæ dignissimus civis ) præside- Anno  
bat, in itinere impeditum, agmen Gallo- 1650.  
rum disiectum, sexaginta trucidatos, reli-  
quos, & inter illos, ipsum Rusvurmium  
captivos abductos esse. Hæc de Lotharin-  
gicis.

Ad Rosiani exercitus statum quod spe<sup>Rosia-</sup>  
tat, summus illius Imperator, Dn. Rein-<sup>norum</sup>  
holdus de Rosis, in magna apud Regem<sup>Status</sup>  
Galliarum existinatione erat, quod exi-  
guo commilitonum auxilio suffaltus, Hi-  
spanis ad Mosellam nuper tantum nego-  
tii faceffisset, eosque à fluvii transitu sat  
longo tempore prohibuisset.

Medio circiter Decembri, Rosianæ  
copiæ in Ducatum Luzenburgensem præ-  
datum denuò egressæ, ad portas metro-  
polis & pecora & captivos, prædæ nomine  
abduxere: siquidē autem exercitus Oeh-  
mianus apud Lotharingios in hyberna di-  
missus fuerat, accidit, ut hac occasione  
usus Illustrissimus Würtembergiæ Dux  
Hudalricus, Rosianum præsidium ex ar-  
ce *Yvoix* seu *Vrouis* propulerit, cuius Præ-  
fectum, nescio quam ob causam, laqueo  
enecandum mandasse asserunt.

Diē 28. eiusdem, Rosiano commi-  
litio (cuius primarium hospitium tunc  
Siricciæ erat) in supplementa adiunctæ le-

Anno  
1650.

52

*Mercurij Gallobelgicæ*

giones, vigilum Præfecti Generalis Dubaldi una, & Erlachianæ pedestres duæ: nec non tribuni Balthasaris equitum legio: quas duplici Regis mandato, intra paucos dies sequi iussæ, Rusvurmiana & Erlachiana, cum hippotoxotis.

Redintegratis igitur viribus, die 7. 17. Ianuarii anni noviter (utinam etiam feliciter!) ingressi, Rosianus miles prope Wasserbillichium Saravum transit, in Trevirensis Archiepiscopatum porro proruens, ut loca quædam ad Ducatum Luzenburgicum pertinentia executione militari flagellaret, Hoc facto, vires ad oppugnandum Berncastel convertit, quam conquassatam octo machinis, loco deditiois necessitatem penè attulit. At cum Lotharingici 15. Februarii in Abbatia Prumiana hospitia fixisse ferrentur, Rosianorum progressibus se obiectum, ex ea causa (quod quidem intelligi potuit:) Generalis de Rosis castra submovit, & iter versus turrin curtâ ( *Sumpfen Thurn:* ) ingredi festinavit, 2. duntaxat legionibus relictis, unâ equestri, pedestri altera, quæ in mandatis habebant, spolia parta, & frumentum, quod Cochhemii Præfectus lytri nomine præstandum promiserat, in curribus subvehere.

Gal-

Gallico ergò Generale de Rosis com- Anno  
 militio Metensium agros Stenaviam 1650.  
 versus prætergresso, Lotharingicæ co-  
 piæ (ut supra innuimus:) 23. Febr. pro-  
 pe Daun, Archiepiscopatus Treviren-  
 sis oppidum, 24. quâ peditum quâ equi-  
 tum legiones stiterunt: Domino de Sene-  
 terre autem, & Generali de Rosis, necessi-  
 tas imposita, cum signis Vaubecurtum  
 Stenavia recedendi: viribus enim Turen-  
 nij, qui adscitis in belli societatem Wür-  
 tenbergicis, sexies mille armatorum ist-  
 huc conduxerat, impares se cognoverant:  
 de quo suo loco pluribus tractabitur.

Progredimur ad describendum res, in- *Rerum,*  
 ter Hispanos Gallosque in Belgio sive in *inter Hi-*  
 feriore Germania gestas. Harum rerum *spanos*  
 enarratione in præcedentis Tomi XXVII. *Gallosq;*  
 libro IV, pagellas aliquot se complevisse *in Belgio,*  
 recordatur Mercurius noster, memor pag. *& vicini-*  
 60. relationem extare, quâ dicitur, utros *-oribus ali-*  
 que exercitus, Hispanicum & Gallicum, *quot locis*  
 monētibus ita cœli & hyemis instantis in- *gestarū,*  
 iuriis, tandē in hyberna dimissos esse. In *continua-*  
 his igitur cum uno jam & altero mense, ab *ta narra-*  
 utraq; parte lassatas vires refecissent, *Se-*  
 renissimus Austriæ Archidux, quâ est vi- *tio.*  
 gilantia, sua quidē parte de redintegran-  
 do bello cogitare cœpit, non ignarus illi-

Anno  
1650.

Hispani  
nervum  
belli ex

Hispania  
accipiunt.

us Liviani, LUXURIA ET OTIO DISCIPLINAM MILITAREM TOLLI *solere*. Ad terrendos ergo maturâ expeditione Gallos, antè dicti Domini Archiducis Serenitas, 7. Ianuarii & 11. Febr. anni præsentis ex Hispania rudis seu infecti argenti ingentem vim, navibus Antverpiam adportatam, accepit; quod cum postmodum noctu dieque signandum mandasset, numerata pecuniâ, QVA NIHIL EST AD PERSUADENDUM FORTIUS AUT APTIUS, exercitum jam antea numerosum sexaginta cohortium nova conscriptione adauxit: qua in re tantum adhibuisse curæ ac sollicitudinis perhibetur, ut nihil ipsi fuerit antiquius, quam hoc ipso Hispaniarum Regi Catholico commissi muneris vigilantiam probari: quam expeditionem longè maturius suscepisset, nisi cæli injuria, & temporis varietate prohibitus, militem intra castra continere debuisset.

Mensibus deinde, Februario ac Martio, cum in aula Regia Bruxellis, in honorè contracti matrimonii Regis Hispaniarum (de quo in antecedenti libello pluribus egimus) exquisitissimè triumphatum fuisset: quibus solemnibus S. Archidux Leopoldus Guilielmus plus triginta flo-

reno :



renorum millia impendisse fertur: die Anno  
 Veneris demum, Martio undecima, de- 1650.  
 votionis ergo Scharpfenheveliam profe-  
 ctus, 14. 4. eiusdem, Comitibus usus Prin-  
 cipe Neoburgensi Iuniore, & eiusdem  
 Coniuge, Bruxellas rediit.

Locus ( Galli vocant *le Rendez-vous* )  
 ubi circiter octavam Maii exercitus Re-  
 gio-Hispanicus lustrari, ac militum dele-  
 ctus haberi debebat, erat inter Mortai-  
 gniam, Dornacum & Valencenas: quo  
 fine omnes copiae, & qua maiorum qua  
 minorum gentium belli Duces, illuc se  
 contulerunt. Decima octava eiusdem,  
 Dn. Comes de Fuensaldagna Bruxellis in  
 Hannoniam: Dn. Stephanus de Gamara,  
 militiae Hispanicae Praefectus Generalis,  
 versus Luzenburghensem Ducatum: se-  
 quente autem diluculo, Dn. Marchio  
 Sfoncratanus, rei tormentariae Generalis  
 Inspector in Flandriam transcendere, ex-  
 ercitus ubivis locorum imperiis recturi:  
 quos biduo post Serenissimus Archidux,  
 ( benedictione & S. Eucharistiae Sacra-  
 mento in Basilica S. Gudulae prius acce-  
 ptis: ) cum universae aulae comitatu secu-  
 tus est, itinere Halliam, ac protenus, in  
 Hannoniam instituto.

Habito deinceps militum delectu, in *Numeri*,

D 4

exer-

**Anno** exercitu Regio numerata perhibentur,  
**1650.** armatorum quâ equitum quâ peditum,  
**et valor** viginti duo millia. Galli, qui prope Atre-  
**bellius quâ-** batum & Ambianum castra cogere con-  
**tin.** nitebantur, exercitum habere jactabant,  
 equitum octo, peditum duodecim milli-  
 bus valentem. Horum militem Hispani  
 30. Maii, Duce tribuno & vigilum Præ-  
 fecto Generali *delli Ponti*, firmissima arce  
 seu Castello Herson expulerunt: aliud  
 autem ferè non minoris momenti arbi-  
 traria deditio occuparunt: quæ duo  
 loca, & Artesiam & Namurum tributo-  
 rum exactionibus tantum non oppres-  
 serunt.

**Hispani** Gravissimâ tunc corporis valetudine  
**Galliam** erat Serenissimus Archidux: quo non  
**anteriore** obstante, cum tertia (alii aiunt, quarta)  
**invadunt.** Junii Turenniani exercitum in universum  
 septem armatorum millium Hispanis ad-  
 duxissent, cõiunctis unâ castris in Galliam  
 anteriorem progressi sunt: quinta Junij  
 prope Marle oppidum substiterunt, po-  
 stridie autem Guisæ castra admoveie, præ-  
 se ferentes, ac si urbem hanc cætero qui  
 non leviter munitam, arceq; instructam,  
 oppugnatione tentaturi essent.

**Gallos,** Et factû dubio procul fuisset, nisi quid  
**Duce Ho-** non sperati intempestivè intoccidisset, e-  
 ius-

iustmodi occasione Dominus Hoquin- Anno  
 curtius, Peronnæ (quæ Gallia Belgicæ, 1650.  
 sive Picardiæ, ut hodiè vocatur, urbs est) *quinque-*  
 vigilantissimus Gubernator ac Propugna- *lio, repræ-*  
 tor, in animum induxerat, adscito in com- *missis.*  
 militum mille equitum, peditum ter  
 mille robore, Hispanici exercitus novissi-  
 ma agmina vellere: quod cum infeliciter  
 cessisset, coactus est, cum adjunctis signis  
 cessim ire, & ni pessum dari mallet, intra  
 Guisiam se recipere: quod siquidem fa-  
 ctum erat, loco talem in modum de præ-  
 sidio plusquam sufficienti provisum fuit  
 unde Hispani, non in rem suam fore rati,  
 hoc rerum statu obsidionem tentare,  
 quod aliàs facere Guisiam constituerant,  
 hac vice omiserunt.

Ergò in eadem provincia ad oppugnã- *Castelle-*  
 dum Castelletum Marchio Sfondrata- *tum ex-*  
 nus accurrit, facta jam die 9. Junii cum *pugnãt.*  
 Lotharingicis, Duce vigilum Generali  
 Præfecto *de la Fauche*, conjunctione. Est  
 autè Castelletum in Picardiæ confinibus  
 urbs probè munita, quatuor propugna-  
 culis, firmis muris, & quatuor dimidiis o-  
 peribus lunatis: cincta quam pro tempore  
 præsidium non contemnendum aluisse,  
 fama constat. Decima Junii obsidioni  
 initium factum, sub cuius diei adhuc ve-

D 5

spe-

Anno  
1650.

88

*Mercurii Gallobelgici*

Spem, obsidentes tertio assultu obseffos  
tentarunt, eaque occasione extremarum  
munitionum aliquot, unâ cum suburbio  
potiti sunt. Undecima vallum subfossam  
acceptisque ea luce quatuor legionum  
Hispanicarum supplementis, sub noctem  
res cuniculis agi cœpit: quod cum obseff-  
si animadverterent, decima quarta dedi-  
tionem pacisci non omiserunt. Super  
qua re ut eo adhuc sole inter utrosq; par-  
tes transactum est, sequente die præsidium,  
ducentorum militum conductorum, &  
trecenti coloni inde discesserunt, cum sar-  
cinis atque impedimentis Augustam Ve-  
romanduorum, vulgò S. Quintin, tradu-  
cti. Passi sunt Hispani, in huius urbis ex-  
pugnatione iacturam verè temnendam,  
nisi Marchio de Hienne, probatæ virtutis  
miles, accepto in ventre vulnere, lethali-  
ter concussus fuisset. Repertæ feruntur  
in urbe Castelleto tormenta duodecim  
maiora, machinæ campestris sex, cum  
proventu commicatus tam tormentarii  
quàm annonarii non ridendo.

*Guisam  
adorium  
1650.*

Castelleti expugnationem Guisæ ex-  
cepit obsidio: ante quam urbem 15. Ju-  
nii inclinante die, equitatus Hispanicus  
conspiciendum se exhibuit, qui nulla mo-  
ra quosvis illuc aditus intercludere alla-  
bo?

boravit: qua in re, Generalissimi Ducis Anno  
 Württembergici Hudalrici vigilantia, præ 1650:  
 cæteris commendari meretur, ut qui e-  
 rumpentes ex urbe Guisa hostes Gallos,  
 semel atque iterū ad portas usque fortiter  
 repulit. Postera die universa quoque ca-  
 stra objecta: quæ cum in quatuor statio-  
 nes divisa fuissent, in obvallandis illis stre-  
 nuè defudatum est.

Loci Præfectus, *Monsieur de Bridieu*, *Eius, sine*  
 natione Aquitanus, & rerum militarium *arce ta-*  
 peritia inclytus miles, cum cognosceret, *men, po-*  
 hanc in se cudi fabam debere, quidquid *tiuntur.*  
 propugnationi necessarium videbatur,  
 sollicitè expedivit. Hoc sine exusta sub-  
 urbia, quorum Guisa tria habet, *Chanteri-*  
*ne, Poteme, & Vielliers*, dicta. Præsidariis  
 etiam numero circiter mille quadringen-  
 tis, natione partim Germanis, partim et-  
 jam Polonis & Gallis, ad propugnandum  
 masculè animus additus: qui quanto fer-  
 vore rem ex tormentis potissimūm gesse-  
 rint, vix est credibile. Ex contrario, Hi-  
 spani etiam suis partibus minimè defue-  
 runt: verūm, nec sumptibus nec viris par-  
 centes, quicquid ad propugnantium vires  
 intervertendas conducere statuerunt, an-  
 nixi sunt. Hinc evenit, (cum oppidum  
 mœniaque indefinente tormentorum  
 assultu,

Anno  
1650.

assulta, cæterisque oppugnandi mediis, vehementer concussissent, inter 26. & 27. Junii St. n. circiter nonam vesperis urbe, simulque nonnullis munitionibus Castellis externis, armata manu potiti essent, ferro deletis, quicumque in armis comparere ausi fuerant) quòd obsessi coacti fuerunt, in arcem se recipere: quam cuniculis oppugnatam, Hispani illicò omnes vires intenderunt.

Etsi verò Castellum hoc, quoad eius peripheriam, parvum satis atque angustum, apprime tamen firmum est. Munitur, Ripemontium versus, egregio opere, quod à cornibus nomen acquisivit: quò suburbium *Chanterine* spectat, munitionem Lunatam habet, item propugnaculum interius, ( quod genus munimenti sua Galli lingua *Contr'escarpe* appellant ) cum fossa loricata circumcirca. Cernere & in eodem est munimina, quæ Gallis *Galleries* sunt, intra cum ageribus suis & opere alio lunato. Ad portam versus civitatem thorace firmum est. In colle ante urbem, quò suburbium *Chanterine* adimus, propugnaculum apparet, in cuius medio turris quædam editior sex machinis munita, quibus hostium castris undique sui parte vehementer incommodari

modari potest : & quæ sunt id genus mu- Anno  
nimina alia. 1650.

Siquidem igitur permagni Galliarum in- *Commea-*  
tererat, magni momenti urbem hanc cõ- *ru advecto*  
servari, exercitus Gallicus inter Cambre- *em unguis-*  
sium & Guisam, numero 12. aut 13000. *tur.*  
vel circiter, conductus est. Quoniam  
autem viribus Hispanorum impar, horum  
castra adoriri non audebat, manibus pe-  
dibusque annexus est, commeatus anno-  
næve (cuius in castris hostium summam  
esse difficultatem, exploratum habe-  
bant) subvectionem impedire. Pulchrè  
etiam Gallis hac in re fortuna favit : cum  
enim Hispani, mille equitum præsidio,  
quibus Dn. Lud. de Cairo præerat, ingen-  
tem omnis generis annonam, pulverem,  
globos, panem pistum coctumve, atque  
farinam, (cuius summa in castris penuriã  
laborabatur) Landresio advexissent, &  
jam non nisi sesquimilliarum digressu à ca-  
stris abessent, subita ecce incursione ag-  
minis certi Gallorum disiecti, rerum om-  
nium jacturam fecerunt.

Perlato ad obsessores infelici hoc nun-  
tio, undique quidem uno tempore in ob-  
sessos impetum faciendum duxere: at cum  
succensi cuniculi effectum suo destitueren-  
tur, secunda demùm Julii, submotis ca-  
stris,

*Castra  
submou-  
re cogun-  
tur.*

Anno  
1650.

stris, & facibus urbi injectis obsidioni finem fecerunt: cuius rei necessitatem, (quod quidem ipsi Hispani fatentur) panis potissimum penuria iniecisse refertur.

Præsidii Guisiani Ephorus, *Monsieur de Briden*, de discessu Hispanorum Marefcalum du Plessis continuo certiore fecit, idque tam machinarum quam bombardarum solenni disputatione. Excursionem quoque ex oppido, vigilantia civium contra Vulcanum restituto, aulus est, quæ postrema Hispanorum agmina, usque in proximum pagum persecutum fuisse intelligimus.

Tertia Quintilis exercitus Hispanicus proxime ad Landresium adpulit: ex quo fuerunt, qui libere profiteri non erubere, in tantilla arcis Guisianæ obsidione, octingentorum amplius commilitonum se iacturam passos esse. Serenissimus Archidux, cognito suorum ad Landresium adventu, Valencenis in castra profectus est: ubi convocatis maiorum gentium Præfectis significavit, ut interim languentium militum animos bono verbo confirmarent, donec re ipsa satisfacere omnibus possit: quod promotum negotium, media commoda brevi se inventurum, pollicitus.



citus. Dein VALE apud omnes dicto, uno Anno  
eodemque itinere Bruxellas & Antver- 1650.  
piam profectus est, ubi paucissimorum  
dierum interiectu, apud opulentiores  
mercatores, ut ajunt, quadringenta Co-  
ronatorum millia sollicitè conquisivit,  
exin stipendia militum redempturus.

Labebatur visegimus primus Julij, *Capellam*  
cùm Archidux Bruxellis in castra rediret, *aggrédiun-*  
quorum pars una, in Tirassiana provin- *tur, & in-*  
cia die anteriori oppidum Capellam, *tercipiunt.*  
Gallis *la Chapelle en Tirasse* dictam, obfi-  
dione tentaverat. Loci huius firmitudo  
commendationis usque adeò non indi-  
get, etsi ob conquirenda vectigalia tribu-  
tave permagni momenti sit: hinc factum  
cur vim hostium subferre diutius non suf-  
ficiens, tertia sextilis prævia capitulatione  
victas manus obtulerit: cuius præsidium  
Gallicum sexcentorum capitum, relictis  
machinis, cùm sarcinis & impedimentis  
deductum est. Serenissimus Archidux, op-  
pido novo præsidio, quod satis esse vide-  
batur, relicto, exercitum respirare ali-  
quantum fecit, eidemque habito armi-  
lustri menstruum exsolvendū mandavit.

Hoc ubi factum, castra, quæ ad Vervi *In Gallia*  
nium habuerat, ulterius promovit, com- *anteriore*  
militiumq; Hispanicū in Franciam ante- *pfundius*  
riorem *evagatur.*

Anno  
1650.

riorem profundius deduxit, ubi Hispanis diversa loca, præter cætera Marlæa, Rethelia & Mont. Cornettum unâ cum Castello, feliciter cessere. Relatum accepimus, Serenissimum Archiducem, rebus ita ad votum succedentibus, Durocorturum usque evagatum esse, quod est Campaniæ oppidum nobile, Gallis *Reims*, Latinis modernis *Rhemi* appellatum, de cuius expeditionis successu, in sequenti libro secundo (si visum ita Superis fuerit:) plura subsequenter.

*Res Italica cõtinuata serie describuntur.*

Accingimur nunc describendis rebus inter Hispanos & Gallos in Italia & Catalonia bello potissimum gestis, quarum narratione brevissima saltem Mercurius se noster expediet.

*Hispani numerosum undique, ex exercitum colligunt.*

Don-Johannes Austriacus, cum in Sicilia numerosam classem pro Rege Hispaniarum Catholico conflasset: Neapolitanorum Prorex, Comes d'Ognate, per regnum istud, & Mediolanensium Gubernator, Marchio de Caracena. validum exercitum ab aliquo tempore conscripsissent, atque rerum omnium, quæ ad bellum usui sunt, proventum sollicitè acquisivissent, Martio demùm mense anni huius quinquagesimi, universa signa prope Neapolim conducta sunt, quorum numerum

merum ad duodecim armatorum millia Anno  
ascendisse, fama est; navium quadraginta, 1650.  
triremium quatuordecim, aphraetorum  
(quod genus navigiorum Gallis *barque*  
scribitur) quadraginta sex in classe nu-  
meratis.

Terribilis eiusmodi expeditionis ru-  
mor, sanè non inanis, Galliarum Regi  
Christianissimo jam dudum etiam subo-  
luerat: quapropter, quicquid Corona il-  
la in Italia locorum munitiorum occupat,  
ampliori præsidio & proventu omnivario  
instructum est: in primis autem aiunt, Gu-  
bernátorem Gallicum Plombini, in im-  
peratis accepisse, quòd si istud munimen-  
tum adversus hostes minùs conservare  
confidat, includi se minùs permetteret, sed  
cognito Hispanorum adventu, & rebus,  
quæ videbuntur, alicuius momenti ad  
Portum Longone præmissis, cum præsi-  
dio etiam ipse sequeretur, Plombinum  
autem Vulcano consecraret.

Quemadmodum verò ignis vivus sub  
cinere diù latere non potest: ita nec Hi-  
spanorum hæc formidabilis expeditio diu  
in abscondito mansit. Cùm enim Classis,  
nova aliquot navigia ex Sicilia in belli so-  
cietatem accepisset, Majo labente, apud  
Caietam ancoris levatis Neptuno se cre-  
didit;

*Gallos in  
Etruria  
invadunt.*

E

didit;

Anno  
1650.

didit: ac cùm deinceps Finalii 4000, cir-  
citer Hispanici milites in naves impositi  
fuissent, continuato itinere in Tusciam,  
quam & Hettruriam appellant, duo ibi  
maximi momenti munimenta, *Plombinũ*  
& *Porto Longone*, uno eodemque tempo-  
re obsidionibus premi inceperunt.

*Plombinũ*  
*obsidione*  
*obvolvũt*  
*& subi-*  
*gunt, cum*  
*Castello.*

Plombinum quod concernit, oppu-  
gnatio ejus Comiti de Conversano, mili-  
tiæ equestris summo Præfecto, commissa  
est, qui 20. Maij bis mille quingentorum  
peditum signis, & trecentorum equitum  
curmis præmunitus, ante oppidum se cõ-  
spiciendum dedit. Hispani, qui ob si-  
mulatam obsessorum ineundæ Capitula-  
tionis amicitiam, diebus aliquot ab om-  
nibus hostilitatibus abstinerant, cùm  
cognoscerent, illud sibi velle, nec rem in-  
ter partes æquitatis conditionibus com-  
poni posse, 16. Junii uno omnium agmi-  
ne urbem aggressi, post bihorii oppugna-  
tionem, suæ illam potestatis fecere, suba-  
ctamque diripere, præda, quam inde  
absportarunt, cum centum & viginti Scu-  
ratorum millibus computata, ut quidem  
Roma relatum accepimus. Obtruncati  
sunt Gallici sanguinis milites octoginta:  
captivorum ducenti fuere, inter quos cu-  
stodiæ director, *Monsieur Rouyson*, & fi-  
lius

lius ipsius: sedecim alii minorum gentium 1650.  
 Officarii, & celebris ille urbium munitor Anno  
*Valsperga*, legionis unius pedestris Gallo-  
 rum tribunus, & qui oppidum *Porto-Longone*  
 ab exiguo admodum tempore in mu-  
 nimentum reale, quod appellant, conver-  
 tit: quos omnes triremibus duabus Nea-  
 polin transvectos esse, fama constat.

Hoc rerum successu exterriti Galli, qui  
 adhuc in Castello Plumbiniano delite-  
 sciebant, cum Neapolitano Prorege, Co-  
 mite d' Ognate, pacisci petierunt: quibus  
 indultum, ut 19. Junii numero 480. Mona-  
 cum traducerentur: inter exeundum au-  
 tem, quotquot Neapolitanorum transfu-  
 garum deprehendebantur, ceu perduel-  
 lionis rei laqueis suffocati sunt, Castello  
 trium cohortium pedestri milite, additis  
 trecentis equitibus, de novo commu-  
 nito.

Non minore interim, at difficiliore *Portum,*  
 multo negotio, obsessio munimenti *Por-*  
*to-Longone* tracta est. Longum autem fo- *Longone*  
 ret, labores quolibet die exantlatos in Ca- *dictum,*  
 talogum referre. Satis superque igitur e- *circumsi-*  
 rit, omnem obsidionis statum linoptica *dent.*  
 quadam perscriptione exhibere.

Post obvallata Hispanorum castra, ob- *Tormen-*  
 fessi ex aggeribus quinque tormento in- *tis, & mo-*  
 E 2 festa-

Anno festari cæperunt, & navigia duo, quæ com-  
 1650. meatum oppido importatura erant, cum  
*do alio an-*munitione quadam, ab aquis nomen tra-  
*gustant.* hente, Hispanis feliciter cesserunt, qui  
 versa vice, præter alios, Dominum Carin-  
 thium Caraffam, Ducis de Nocera filium,  
 plumbea glande confossum, amiserunt.  
 Literis Roma ad nos perlatis refertur, Hi-  
 spanos, ab initio obsidionis usque ad un-  
 decimam Junii, ante utrumque locum,  
 ultra mille hominum, promiscua occisio-  
 ne trucidatorum, jacturam passos esse,  
 quibus adnumerandi militum tribunus,  
 Hercules Viscontius, & Comes de Vasto:  
 Burgundorum Heduorumve plus ducen-  
 tos signis desertis transfugisse, & navigia  
 quinque lacerata, infirmatis atque vulne-  
 ratis onusta, Neapolin devecta, amplio-  
 rem manum adportatum, & munimen-  
 tum hoc maioribus viribus adortum. Ca-  
 stra Hispanorum in tribus potissimum sta-  
 tionibus consistebant, in quarum una Hi-  
 spani, altera Itali, tertia autem veri Ger-  
 mani commorabantur: & quamvis loci  
 Gubernator nullas ferè ex munimento  
 excursiones faciebat, indefinenti tamen  
 tormentorum assultu, obsidentibus non  
 parum faceffisse negotii scribitur.

Romanorum literis de dato 18. Junii

ANR-

nunciatum extat, Hispanos ex antedicta Anno  
 munitione aquaria propulso, eandem 1650.  
 repetito impetu cepisse, atque inibi tribus  
 machinis potitos fuisse: quo facto, in duas  
 alias munitiones vires quidem inten-  
 disse, à Gallis autem repulso esse. Dein  
 navem aliquam cum trecentis militibus  
 in oppidum perripisse, quam quidem  
 Hispanos adortos esse, ast cum crebriore  
 ignium evomitione vehementer circum  
 se sæviret, veritos ne sit incendiaria, pro-  
 pius eam urgere non fuisse ausos.

Paucis diebus post Germanis munitione,  
 quam à Fontibus appellatam referunt,  
 cessit, vulgò *die Brunnen. Schanz* dicta.  
 Vigesima quarta Junii, munimina externa  
 omnium assultu tentata, at irrito effectu  
 omninò, siquidem ea occasione, præter  
 Colonellum *Cusani*, & nonnullos Offi-  
 cios alios, plus mille quingenti occu-  
 buere. Brevi post Hispani munimen, cui  
 à cornibus nomen inhæret, suæ potestatis  
 fecerunt, at non sine strage iterum quin-  
 gentorum circiter militum, quod tamen  
 Galli Nobiles, qui ex illo propugnaverat,  
 feliciter recuperarunt, relictis tredecim,  
 quos captivitatis necessitatem subire o-  
 portuit.

Septima Julii Hispani superiores, Gal-  
 los

Anno  
1650.

70

*Mercurii Gallobelgici*

los nominato opere à cornibus dicto, de-  
nuo propulerunt: eiectione tamen & ipsi,  
cùm non amplius octo horas, illud tenu-  
issent. In horum aggere tormentario uno,  
ignis pulverem corripuerat; quo observa-  
to, obsessi eruptionem attentare ausi, ob-  
sidentium ad ducentos neci derunt, di-  
ctumque aggerem plenè destruxerunt:  
qui tamen post quinque dierum laborem  
novus surrexit, munimentum autem cor-  
nutum, actis ad illud ex utraque parte cu-  
niculis, penitus disiectum est.

Proximus obsidentium labor erat, o-  
pus quoddam media sui parte luna-  
tum ad fossam extremam, ad actum cunicu-  
lo subruere: cui expediendo negotio, fos-  
sam fascibus stramentorum ac virgulto-  
rum adimplere satagebant, id quod ob-  
sessi tamen iniecto igne irritum effecere:  
quibus contra pila quædam incendiaria  
aquam cisternæ unius corrupisse, alia do-  
mum com meatui tormentario asservan-  
do destinata incendisse nuntiatur.

Circiter hæc in castra Hispanorum re-  
cens undiquaque miles conductus, com-  
meatusque illatus, quantus sufficiebat:  
in primis autem Roma perscribitur, de da-  
to 29. Julii, coactas in illa sola urbe ultra  
duodecim cohortes, atque illuc emissas  
esse



esse: quam iniuriam Regis Christianis- Anno  
 simi Legatus cum summo Pontifice ve- 1650.  
 hementer expostulasse perhibetur, Papa,  
 hæc omnia se in scio facta esse & fieri, re-  
 plicante. Nec minùs dicta in urbe Roma-  
 na plebs, quod Hispanici quidam Officia-  
 rii, sub pallio conscribendorum militum,  
 non solùm vagabundos, sed & alios rerù  
 mechanicarum studiosos vi rapere, eosq;  
 in castra ante Portolongone demittere,  
 ausi fuerant, in audaculos hos homines  
 assurgere non dubitavit, quos usque ad eò  
 persecuta est, ut alii vitam amiserint, alii  
 inflicis vulneribus discesserint: & sunt,  
 qui asseverant, nisi Pontificis Custodiæ  
 commodè intervenissent, plebem hanc à  
 succedendo Legati Hispanici palatio,  
 manus continere vix potuisse.

Hæc dum Romæ eveniunt, Hispani  
 Lunato munimine illo, de quo supra mē-  
 tio incidit, denuò potiuntur, & simul quas-  
 dam alias munitiones externas suas faci-  
 unt. Dein cū rumor subitus in castra perla-  
 tus fuisset, Gallorum classem proximis di-  
 ebus Telono prodituram, laborantibus  
 suis in Porto-Longone contra Hispanos  
 opitulatum; constitutum inter hos erat,  
 in festo Sancti Jacobi, id est, 25. 15. Julij,  
 legiones omnes simul ad oppugnandum

Anno  
1650.

Ad dedi-  
tionem  
compel-  
lunt.

adducere : cui prævertendo malo , oblesi-  
si conditiones quidem , secundum quas  
deditionem fieri posse promittebant , ex-  
hibuerunt : at cum in rem obsessorum le-  
ges eiusmodi conscriptas fuisse , Hispani  
animadverterent , nullas acceperunt , mo-  
derandis autem illis triduum indulserunt .

Intra hunc igitur tridui terminum , si-  
quidem res amicabiliter componi non  
potuit , ad hostilitates reditum est . Hinc  
factum , ( ut quidem Roma relatum ha-  
bemus ) quod Marchio de Tassis , & Don-  
Emanuel de Caraffa , virtute adiunctarum  
legionum , Gallos munimento , à Coronis  
nomen sortito , ut & altero opere cornu-  
to fortalitia obvio , exuerint , ac simul ex-  
tremam fossam occupaverint : id quod  
Gallis , pro tempore ad quingentorum  
paucitatem , ut ajunt , reductis , cum obsi-  
dentibus transigendi necessitatem impo-  
suit , hac quidem conditione : *quod si ad  
14. Augusti , minimum mille armatis sibi  
non subueniatur , liberum sibi integrumque  
relinquitur , sequente die , nimirum 15. an-  
tedicti mensis , salvis & sarcinis & impedi-  
mentis Telonum digredi .* In hanc rem igitur  
obsides utrinque dati , tum extra qui tum in-  
tra munimentum sedulo caverent , ne forte  
ab una aut altera parte quidquam muni-  
tie-

tionis amplius excitetur : cessatum etiam Anno.  
ab omni hostili actione , & munimenti 1650.  
Gubernator Gallicus ab expeditionis Hi-  
spanicæ summo Imperatore, Don-Johan.  
Austriaco, exquisitissimis generis omnis  
cibariis, bellariis item & vino liberaliter  
donatus. Exitū verò obsidionis, & trans-  
actionis successum sequenti, Deo volen-  
te, libro perscribemus.

De Cataloniae statu quæ referamus, *Cataloniae*  
paucæ sunt. Mense Decembri anni postre- *Status.*  
mum exacti, Gallicæ nationis tribunus,  
Dardena in Valentia regnum impressio-  
nem fecerat, verum à Barone à Seebach  
fortiter reiectus est. Tùm quoque Galli-  
carum partium famosus bellator, Tribu-  
nus Balthasar, in Hispanorum manus ca-  
ptivus incidit, brevi tamen post libertati  
restitutus. Catalonienses etiam venalem  
fidem circumferre videbantur, ad quorū  
mitigandos animos Dux de Mercoeur,  
ceu novus Prorex, ex Gallia missus est, qui  
ex imperato Regis Locumtenentem Ge-  
neralem, Dominum de Marsin, arresto  
constrictum, Castello Perpigniano infe-  
rendum mandavit, quod suspicionem in-  
currerat, se à trium captivorum Prin-  
cipum partibus tacitè stare.

Deinde Majo mense labente, Gallicum  
E s eius

Anno  
1650.

eius regionis commilitium, quater mille-  
 quingentorum peditum, equitū ducento-  
 rum, subvectis duobus tormentis maiori-  
 bus oppidum Cataloniae praefirmum, *Ca-  
 stellum Leonis* dictum, obsidione tentare  
 ausum fuerat: & cum obsessis penè jam  
 actum credebatur, nisi subito mutata for-  
 tuna, Gallorum machinationibus turpi-  
 ter illulisset. Martis enim Hispanici Cam-  
 pi-Marescallus, Don-Franciscus de Tut-  
 tavilla, partium suarum ratus, locum tan-  
 ti momenti hostium arbitrio minime re-  
 linquere, conducta ocyus militum ma-  
 nu, 24. Maij Gallos improvisa incursio-  
 ne oppressit, ut post bihorii acerrimum  
 conflictum (relictis occisorum trecentis,  
 quorum numerum nobilitavit legionis  
 praetoriae Reginae Galliarum tribunus,  
 cum Officiariis pluribus: quingentis in-  
 terceptis, cum Centurionibus 19. & mi-  
 norum gentium Praefectis 40. machinis  
 etiam, commeatu tormentario atque im-  
 pedimentis ablatis: ne de septingentis,  
 qui vel circiter in aquis perierunt, quid  
 addamus) campo cedere coacti fuerint.  
 Finita igitur actione, reliquae copiae in  
 duas partes sese separarunt: quarum una,  
 sub conductu Marescalli Merenvillani  
 per aspera montium juga, (qua una salu-  
 tis via

is via patuit:) versus Comitatum Pallæa- Anno  
 num: altera autem, Duce Mareſcallo 1650.  
 Noſtiero, per anguſtias Partillonianas,  
 non ſine notabili confuſione, in Fran-  
 ciam ſe recepit. Et tantillum hoc de Ca-  
 taloniæ ſtatu.

Succedunt res in Italia præter bellum *Res Italicae*  
 geſtæ, ſed ſaltem narratu digniores. *extra bel-*

Quinta Decembris anni retroacti, cum *lum geſtae.*  
 potentiffimi Poloniæ Regis Legatus in  
 Senatu Veneto audientia uſus fuiſſet, il-  
 lac Ferratiam verſus Romam profectus  
 eſt: quem Sereniſſima Reſpublica Vene-  
 ra, catena aurea mille quingentorum Co-  
 ronatorum argenteorum: hic autem ſibi  
 miniſtrantes ducentis quinquaginta Au-  
 reis Hungaricis liberaliter donavit.

Hoc eodem menſe Romæ convene-  
 rant, jubilei videndi gratia, hominum ul-  
 tra 25000. & inter cæteros, Canonicus  
 quidam Conſtantiensis, qui in cauſa Tre-  
 virenſi cum Pontifice rem habuiſſe ſcri-  
 bitur.

Die Jovis 20. 10. Januarii, anni noviter  
 ingreſſi, Catholicæ Hiſpaniarum Maje-  
 ſtatis Legatus, Dux de Infantado (quem  
 250. rhedis, & habitu famulorum teſſera-  
 to, ex hoſerico nigro, in aulam Pontifi-  
 cis ſecundò deductum aiunt) humaniter  
 auditus

Anno  
1650.

auditus est : cùm præcedente Dominica  
16. 6. Januarij, Eminentissimus S. R. E.  
Purpuratus, Cardinalis di Colonna, con-  
versos quosdam Hebræos ex sacro bap-  
tismatis fonte suscepisset.

*Perduel-  
les & re-  
belles sup-  
plicis af-  
fecti.*

Hoc circiter tempore, Johannes Au-  
striacus Palermi in Sicilia quatuor prin-  
cipis dignitatis viros, ob concitatam in  
populo rebellionem, è medio tollendos  
dedit. Neapolitanorum quoque Prorex,  
Comes Ognatæus, cum suspicando ex-  
ploratum haberet, Dominum Carolum  
d' Aquino, & Bernardinum delli Monti,  
tempore Guisianorum motuum, ab illo  
Duce bullas seu diplomata accepisse, ac  
deinceps militem conscripisse, utrumque  
Castello Ovi captivum inferri mandavit.  
Nec intermisit, edicto publico Nobilita-  
tem Neapolitanam ad se convocare, quo-  
rum autem per pauci se stiterunt: in primis  
verò Princeps de Gallicano, quorumvis  
honorum suorum jacturam pati maluit,  
quam Neapoli se sistere, serio jocatus, non  
posse hodiernam corporis sui constitutio-  
nem Castellum novi aërem sustinere, proin-  
de Romæ se vitā agere præoptasse. Mar-  
tio mense, mandatu Proregis, de quo hîc  
sermo est, circiter nonginta populi Offici-  
arii; & brevi post alii sexaginta, quos in-

ter

ter Marchio de Polignano, & alii gravio- Anno  
 ris existimationis viii fuerunt, ad vincula 1650.  
 raptati sunt. Adhæc etiam quibusvis ec-  
 clesiasticis personis, regnum Neapolita-  
 num incolentibus, vectigalia & tributa  
 imperata, id quod Pontificis animum ve-  
 hementer exasperasse perhibent.

Apud hunc, Eminentissimus Cardina-  
 lis Estæus causam Portugallentem ( de  
 qua etiam in antecedenti libello, ni fal-  
 lor, relatum extat ) vehementer promo-  
 tam voluit, à Corona Gallæ, ut hoc face-  
 ret, instigatus: at quoniam, Hispaniarum  
 Regis Legato manibus pedibusque con-  
 tra nitente, laterem lavabat, & Lusitano-  
 rum Monarchæ Orator, Episcopus Lame-  
 ganus facile colligebat, vacantium per  
 Lusitaniæ regnum dicecesium restitutio-  
 nem apud Pontificem impetrari non pos-  
 se, nemini VALE dicto, Roma clanculum  
 discessit.

*Lusitaniæ  
 Regis O-  
 rator Ro-  
 ma clancu-  
 lum dis-  
 cedit.*

Nona Martii, Pontificis moderni Sta-  
 tua, Sanctitati eius in honorem conflata,  
 primū visa, & magno deinde populi spe-  
 ctatū accurrentis applausu publicè erecta  
 est. Quinque diebus post, Dn. Antonius  
 de Arragona, natione Hispanus, in Cardi-  
 naliū Collegium solenniter adscitus.

Pridie Parasceves, id est, 14.4. Aprilis,  
 Ponti-

**Anno** Pontifex in Xenodochio SS. Trinitatis,  
**1650.** præsentibus utroque Principe, Matthia  
**Pontificis** & Leopoldo, Magni Hetruscorum Ducis,  
**devotio &** fratribus, nonnullos peregrinos lotio-  
**humilitas.** ne pedum dignabatur, lotisque veste &  
 auro argentoque donavit: quo eodem  
 die, in Processione quadam publica ad S.  
 Marcellum periculosus tumultus (aiunt,  
 Gallis procurantibus) excitatus fuit.

Tum temporis Prorex Neapolitanus  
 Edicto publico cavit, fore ut omnibus ac  
 singulis in specie, condonetur, quotquot  
 in præteritis motibus cõtra Regiam suam  
 Maiestatem Catholicam peccaverunt, si  
 saltem trium annorum spatio sub signis  
 militiae Hispanicæ mereri non detrectent:  
 hac enim ratione quemvis sin gratiam  
 pristinam apud Maiestatem Regiam re-  
 diturum: ex quo Catalogo nihilominus  
 dedecim magni nominis Proceres expun-  
 ctos ailerunt. Idem & Baronem de Tu-  
 sco di Sant-Severino, Neapole capite  
 plectendum mandavit, quòd cum Gallis  
 pace composita literis familiaris egisset.  
 Tradito deinceps duodecima Maij regni  
 Neapolitani gubernaculo fratri, Domino  
 Bertrando de Guevara, cum Classe Ca-  
 jetam discessit, de quo supra pluribus  
 actum.

Hac



Hac rerum facie, Proscripti seu exilio Anno  
perpetuo multati, regnum Neapolita- 1650.  
num, ut quod omni tunc praesidio mili- Proscripti  
tum nudatum fuerat, Duce Hipolyto Pa- regnum  
stina, miserabiliter afflixerunt: in primis Neapoli-  
autem Principem Ludovisium, exuren- tanum  
do quoddam eius palatium, & alia eius miserè  
oppida in cineres & favillas redigendo, affligunt.  
probè multarunt, quòd cognitum habe-  
bant, Hispanorum res ante munimentum  
Porto-Longone hominis huius ope non  
tenuiter promoveri.

Vigesima Maij Romæ Monachum *Monachus Car-*  
quendam Carmelitam, (qui in postrema *chus Car-*  
Neapolitanorum commotione, Ordine *melita sus-*  
suo deserto, ad Gallorum partes defece- *spenditur.*  
rat, cognoscens autem, res rebellium in-  
dies in pejus ruerent, fug. Romam se rece-  
perat) mandatu Pontificis ex hospitio Le-  
gati Gallici protractum intelligimus, qui  
altera die laqueo suffocatus perit, sicis,  
quæ secum occultatas circumfererat, ex  
pedibus eius suspensis.

Apud Genuenses, mente Iunio, con- *Proditio*  
spiratio ingens detecta est, de qua literæ *Conspira-*  
Genua 8. Quintilis exaratae, atque ad nos *tiore a-*  
perlatae, ita referunt: Nobilis quidam, *pucl-Ge-*  
dictus Stephanus Raggi, (cui, pro- *nuenses*  
pter filium, nescitur ex qua causa civitate *vindicata,*  
proseri-

Anno  
1650.

proscribendum, cum nonnullis Senatorij  
ordinis proceribus non bene convenie-  
bat) proditorem in Senatum excoxerat,  
qua conclusum erat, inclytum hunc Con-  
fessum subiectis ignibus delere. Acci-  
dit autem, ut res justo citius aperiretur: id  
quod dictum Raggium in vincula & car-  
ceres detrudit. Etsi igitur, in hac rerum  
angustia, homo sibi male conscius, cul-  
tello adeo corpus vulneravit, ut post  
quinque dierum excessum infelicem ani-  
mam efflarit, ratus hac via ignominiam  
publicam subterfugere; nihilo tamen mi-  
nus in hominem perduellionis reum, Sen-  
tentia lata est, cuius tenore ab ortu solis  
asque ad eius occasum ex patibulo pe-  
pendit. Hoc facto, filii nobilium titulo  
privati, in exilium eiectione, & bona rei o-  
mnia, quæ ultra trecentorum Corona-  
torum millia adscendere æstimantur,  
fisco adjudicata. Fama circumfertur, do-  
mum eius sive palatium solo adæquatam  
iri, & cippum cum inscriptione marmoris  
incisa loco eius extractum, hu-  
jus argumenti:

STE.

STEPHANI RAGGII, Anno  
1650.

*Crimine lese Maiestatis convicti, illata sibi  
morte, scelerumque conscii cadavere furca  
suspenso: filiis expulsis, & Nobilitate priva-  
tis: bonis publicatis: sceleratissimi & te-  
merarii hominis memoria perpe-  
tuo damnata.*

Et hunc in modum temerarius hic homo,  
(qui Magistratum aliquoties non sine  
laude gessit, & in Senatorium ordinem  
facile admittendus erat) intra unum octi-  
dium nobilissimam atque ditissimam fa-  
miliam omnino pessum dedit: cujus con-  
jux, ex nobili & præclara domo orta, &  
cui dotis nomine 70000. florenorum re-  
licta sunt, vitam nolens volens exosa se-  
culari, religiosam elegit.

De bello inter Venetos ac Turcas quâ *Belli, inter*  
mari quâ terra continuato, prioris libelli *Venetos*  
paginis 95. usque 103. fultus egimus. *& Turcas*  
Ab exitu illarum rerû, nuncia accepimus. *cōtinuati*  
Vezirazem ( *πρωτοσύμβουλον* seu Con- *stantis.*  
siliarium supremum) Byzantii capitis sup-  
plicium subisse, quod egressa æstate Cre-  
tam insulam imperio Turcico non adie-  
cisset: & ibidem, ob circumcisum Sulta-  
num Juniorem solennem triumphum a-  
ctum esse. Tùm etiam in aula Mahume-  
tanorum

Anno  
1650.

tanorum adversus Candiotas Marti-  
lia consilia congesta, cui debellando re-  
gno, Sultana sive Turcarum Imperatrix  
quosvis impendendos sumptus promisit.  
Hoc ineunte anno in Cypro Insula Tur-  
tica præsidia rebellarunt, & ob non exo-  
luta ritè stipendia complures Officiarios  
trucidarunt; cui occurrendo malo, & quò  
necis periculum effugeret, Basla Insulæ  
Præfectus tantum æris Christianis extor-  
sit, quantum furori rebellantium sat esse  
credebat. Eodem tempore Regimen  
Turcicum ( Divanum appellant ) Ale-  
xandriam & Tunetum literas exportan-  
das dedit, quib⁹ imperatum erat, promif-  
sa subsidia navium militumque adversus  
Cretenses expedire, addita satisfactione,  
classes, quæ in Eubœa, & cæteris maris  
Ægæi sive Archipelagi insulis instruuntur,  
certò adjunctum iri, & Candiam conso-  
ciatis viribus invasuras esse; cùm interim  
exercitus Turcicus Venetis in Dalmatia  
laborum satis facessurus sit, aditus in Al-  
baniam vi recuperatum. Cuius rei succes-  
sum tempus, filia veritatis, edocebit.

*Turcis in* Classem Venetam quod attinet, literis  
*Portu Zi-* Venetiis 19. Febr. ad nos per scriptis nun-  
*ano insul-* ciatur, tria ibi locorum navigia Belgica  
*atur.* appulisse, *Mercatorem, Tres Reges, & Prin-*  
*cipem,*

*cipem*, in quibus ultrà 500. mancipia nu- Anno  
merata sunt, quæ, & simul navium Præ- 1650.  
fecti, uno ore enunciarunt, (id quod et-  
jam brevi post navis quædam, ex insula  
Cerico seu Cythera, literis Domini Lu-  
dovici Cornari advecta, confirmavit )  
cùm Classis Venetæ Navarchus, in itine-  
re versus Dardanellos suscepto, explora-  
tum accepisset, hæere in portu Ziano  
octodecim Turcica navigia (quæ *Galleotti*  
vocantur) annonam & commeatum bel-  
licum Caneam exportatura; nulla in-  
terjecta mora isthuc velificatum, & post  
vehementem ex tormentis oppugnatio-  
nem, sex aquis submergi fecisse, novem,  
quorum sex commeatu tormentario o-  
nusta, sua fecisse; reliqua autem tria fu-  
gam adornasse, & elapsa esse. Iisdem  
quoque literis innuebatur, Generalem  
Gildehasium accusationis absolutum, &  
triremium Melitensium Præfectum, ob  
officia præstita, à Senatu Veneto au-  
rea Catena mille Solidorum donatum  
abiisse.

Circa initium anni huius ad Sardegnam  
insulam navigium quoddam Turcicum  
naufragium fecerat, ex quo ducenti circi-  
ter Mahometicolæ, qui vtiam enatando  
eripuerant, Neapolin captivi deducti  
sunt,

Anno  
1650.

sunt, ad transtra denique evocati. Miles Venetorum classiarius scorbuti malo graviter tunc infestabatur, nunciaque Venetias allata, muros in munitionibus ante Candiam exterioribus magna sui parte corruisse, idque ob continuatos pluviarum cælo defluxus. In illis partibus Generalis Speerreuterus diversis congressibus Turcas notabili clade notaverat, fortalitio quodam, unde navibus in portu consistentibus vehementer incommodari poterat, feliciter potitus: ex quo cum machinas & tormenta abstulisset, locum terræ adæquandum mandavit: & siquidem senatui Veneto per literas significaverat, quòd si brevi tempore sexies mille hominum supplementa, cum apparatu pertinente, submittantur, curaturum se, ut notabile aliquid & opera dignum in Candia regno geratur. Hoc sine Venetiis numerosum militum agmen conductum fuit. Magnus Hetruriae Dux suppeditabat mille armatos; Dux Parmensis mille quingentos, qui affulgente Ianuario, sub conductu Comitum & Commissarii Generalis, Ludovici Capræ, in Venetorum territorio appulerunt. Ex Serenissimi Bavariæ Ducis, Principis Electoris exercitu, isthuc traducta tria militum millia, qui in Veronen-

ronensium agris confluebant: Venetiis Anno  
 autem Præfeti quidam in Croatiam e- 1650.  
 missi sunt, ibi locorum pro Republica Ve-  
 nera legiones duas coordinatum: quæ  
 Serenissima Respubl. illo tempore, ut &  
 illa Genuensium in curandis pauperibus  
 magnum pietatis opus præstiterunt: aiunt  
 enim, solum Brinollium, Nobilem Genu-  
 atem, solo mense Aprili duodecim millia  
 florenorum in egenos erogasse.

Die solis 27. 17. Martii, inclytus Reip. *Minellii*  
 Venetæ senatus Dominos, Christopho- *in Nobiliis*  
 rum & Andream Minellios, numeratis *Ordinem*  
 prius ducentis Aureorum Hungaricorum *adsciti.*  
 millibus, in Nobiles Venetos cooptavit:  
 & tum circiter recens in Scotia electi Re-  
 gis Caroli Secundi Orator Venetias ve-  
 nit, quem, exhibito eommisforum di-  
 plomate, vetus, quod vocant, palatium  
 occupasse referunt.

Ineunte Aprili, navigia maiora septem *Candia*  
 Venetiis solverunt, bis mille militū con- *status: cui*  
 fortiū, cum ingenti auro in Candiam ex- *Venetis*  
 portatura. In illo regno, Christiani Cane- *commodè*  
 am incolentes, in præsidium illud Turcarū *succurri-*  
 conspiraverant: re autem justo maturius *tur.*  
 detecta, quotquot conspirationis rei de-  
 prehendebantur, ad Charontis cymbam  
 relegati sunt. E contrario nostri ex Can-

Anno  
1650.

dia eruptione facta, infidelium ad du-  
centos Erebo admilerunt, passi tamen  
jacturam duorum ex Nobilitate Veneta,  
& Centurionis unius; in qua actione  
Speereutterus, Generalis militum Præ-  
fectus, in brachio sinistro vulnus accepit,  
& quidam equitum Magister graviter  
sauciatus est. Hac regesta, miles Vene-  
tus munitionem *Lasaretto* appellatam  
(ex qua Mahometicolæ, ob subsidio-  
rum adventum, secesserant) diruit: Tur-  
cæ autem ad tria milliaria Italica pedem  
retrò tulerunt.

*Classis Ve-  
neta sub  
Generali  
de Riva  
prosper  
successus.*

Circiter hæc Venetias rumor ex multis  
locis confirmatus, intravit, Classis Vene-  
tæ Archithalassum Dominum de Riva,  
facto cum classariis suis ad locum *Volo*  
dictum, accessu, (ubi locorum Turcæ pa-  
nem nauticum excoquere assueverunt) e-  
jus feliciter potitum esse, omnia destru-  
xisse, furnos & granaria in cineres rede-  
gisse, & præter ingentem panis nautici  
seu bis-cocti annonam, vim auri non ri-  
dendam inde asportasse: quo facinore ex  
voto patrato, in *Ægæo* mari protinus ali-  
quot insulas expilasse, prædamque circi-  
ter vices millenorum numorum Rea-  
lium, inter commilitiones distribuisse.

Literis Venetiis 21. Maij transcriptis,  
innuitur,



innuitur, inter Generalem Gildehasium, Anno  
& tribunum Werthmüllerum rixas coor- 1650.  
tas fuisse, unde ad duellum provocare al-  
ter alterum non fuerit veritus: sed rem in-  
terventu Senatus Veneti feliciter compo-  
sitam esse.

Isthinc deinceps, labente Iunio mense,  
Generalis Pompeius, adiuncto septem  
navium comitatu, quibus milites, appa-  
ratus castrensis, æs & annona vehebantur,  
in Candiam vela direxit: ubi locorum  
Turci ab aliquo tempore viginti arma-  
torum millium novam exercitum con-  
flasse scribuntur.

Tum etiam Venetorum Classis ad Dar- *Eius ad*  
danellos constitisse perhibebatur duode- *Darda-*  
triginta navibus, duabus Galleazzis, & *nellos sta-*  
decem Galleonibus, in stationes tres di- *tas.*  
tributa. Turcica numerabat triremes  
quadraginta, quinque Maonas, cum na-  
vigiiis quibusdam bellicis aliis. Hæc qui-  
dem (ad miniculo duorum aggerum,  
quos Turcæ excitaverant, atque inde no-  
strorum navigia quatuor vi tormentorū  
turpiter laceraverant) semel atque iterum  
percurrere attentaverat: at verò vigilan-  
tia Generosissimi Domini de Riya, non  
sine notabili & militum & navium jactu-  
ra, quam hostes passi fuere, semper ire-  
cessim

**Anno** cessim compulsæ est. Hæc de Candio-  
**1650.** tico bello.

**Belli Dal-** De Dalmatiæ statu pauca exaranda ha-  
**matici fa-** bemus. Post ingressum anni huius 1650.  
**ciæ.** Turcæ illis in partibus nostris formidabi-  
 les fieri incipiebant: magno quippe nu-  
 mero confluere satagebant. Animad-  
 vertentes autem, bellum maritimum ex  
 voto minus sibi succedere, ad invaden-  
 dum terrestri militia Dalmatiam, gran-  
 des apparatus facere visi sunt: quo anim-  
 adverso, nostri amplum frumenti com-  
 meatum, & rerum aliarum, quæ bellou-  
 sui sunt, illud exportandum commise-  
 runt. Interim verò locis omnibus opti-  
 mè provisum: præter cætera autem, Se-  
 benicum, Chissa & Cararum, oppida &  
 munimenta ex se quidem firma, ampliùs  
 communita: quæ, quid adversus hostes  
 præstitura sint, suo tempore & loco fide-  
 liter indicabitur.

Adolescebat Majus, cum provinciam  
 hanc, circa Traviam, decem vel duode-  
 cim millia Turcarum, cum subvecta tri-  
 ginta machinarum re tormentaria, inun-  
 darent: qui primâ statim incurfione 150.  
 captivis Morlaccis potiti perhibentur.  
 Nihil verò deinceps, quod quidem cala-  
 ram mereretur, attentare ausi sunt, nisi  
 quodd,

quod, ad devastandos agros, latius eva- Anno  
gati, & hominum & pecorum prædam 1650.  
egerint: qua tamen nostri ipsos probe re-  
emuxerunt.

Die Lunæ undecima Junii novi styli  
Venetiis, Dominus Leonardus Foscolus, mi-  
litia Venetæ in Dalmatia ab aliquo tem-  
pore vigilantissimus Director, Classis e-  
iusdem summus Præfectus constitutus  
est: in cuius locum subrogatus Dn. Ge-  
neralis Gildehasius: quem illuc exeun-  
tem, incolas solenni pompa ac triumpho  
excepisse fama ad nos perlatum est: de  
cuius expeditionis successu, in subse-  
quenti libello Mercurius plura adducet.

*Huic ge-  
gerendo  
præficitur  
Gildeha-  
sius.*

Series historiae nunc postulat, ut de  
motibus Gallia internis aliquid annecta-  
mus, & quidem de illis, qui post violen-  
tam Principum, Condæi, Contii, & Lon-  
guevillani, captivitatem suscitati sunt: cu-  
jus rei in præcedenti libello paginis 142.  
& 143. parcissima relatio invenitur.

*Gallia  
motibus  
internis  
concuti-  
tur.*

His ergo regiae penè dignitatis Prin-  
cipibus in Castello regio Vincennes custo-  
diæ mancipatis, cum scriptum publicum  
typis impressum, jussu moderni Gallia-  
rum Regis, Reginaeque matris prodisset,  
causas continens, ob quas hæc omnia fieri  
debuissent, mox etiam Perrotus, Con-  
dæo

F 5 dæo

Anno  
1650.

dæo à secretis, arresto detentus est, omnesque scripturæ, gemmæ, uniones, vasa argentea, & quicquid præterea in numerata pecunia adfuit, è captivorum palatiis ædibusve ablatum, regiæque illatum. Cognita hac rerum confusione, diversi proceres, & principis dignitatis viri, compressis qui partibus captivorum favebant, fuga sibi consuluerunt, quod videbant, in vincula raptari, quotquot eiusmodi farinae deprehendi poterant. Campi Marecallus Turennius, & frater ejus Dux Bullionius Stenaviam secesserant: cui oppido cum de comœatu & apparatu tormentario optimè providissent, in conqui- rendis militibus assiduam navarunt ope- ram. Hoc fine, Turennum Condæi the- saurum, qui Stenaviæ est, circiter sexa- ginta millium duplicatorum aureorum ablatione, imminuisse rumor est, nimi- rum stipendia militum hoc ære redem- tum.

*Condæus  
imperatis  
Regis no-  
lens volēs  
subscribit.*

Hæc dum fiunt, Rex misso quodam ex summis Status Ministris, à Condæo peti mandavit, ut Edicta seu mandata, Gu- bernatoribus locorum sibi parentium in- sinuanda, subscriberet; quod licet face- re detrectaret Condæus, coactus tamen, & vitæ periculum imminere cognoscens, si diutius

si diutius tergiversari pergat, petito no- Anno  
lens volens paruit, at non sine multis con- 1650.  
tumeliosis verbis, in ministros regios, ut  
ajunt, profusis.

Circa initiū Febr. Rex, Regina mater, *Rex labē-*  
Regis frater, & Mazarinius Cardinalis, *tem Nor-*  
Lutetia in Normanniā ( ubi tunc summa *manniam*  
rerum agebatur ) profecti, splendido a- *sustinet.*  
pud Rhotomagenses triumpho excepti  
fuere. Rex cum in ornatissimum quod-  
dam conclave deductus esset, universus  
Magistratus eius majestatem salvere iul-  
sit, ac claves portarum civitatis, in obse-  
quii contestationem demisse obtulit;  
quas Rex sereno vultu acceptas, illicò of-  
ferentibus restituit: quo facto, Regi, fra-  
tri eius, ac Reginae dona oblata: quænam  
autem illa fuerint, nec dum integrè apud  
nos constat. Sunt, qui sanctè affirmant,  
Regem hoc itinere, & præsentia sua, intra  
octiduum in Normannia plus promovis-  
se, ac si numerosum illi exercitum infu-  
disset. Cuius regionis labente statu fe-  
liciter restituto, cum Christianissimus  
Rex Ludovicus porrò ei gubernandæ  
Comitem Harcurtium, loco Ducis Lon-  
guevillani, præfecisset; Ducem quoque  
de Richelieu, qui Portui Gratia, quem  
Galli sua lingua *Havre de Grace* appellant,  
præerat,

Anno  
1650.

præerat, ad suas partes pertraxisset, & nonnullorum præsidiorum Corycæos immutasset, cum universæ demum aula famulatio Parisios rediit, die Februario super vigesimam secunda.

*Principes  
captivi  
disiungē-  
tur.*

Paucis diebus antè (sunt, qui ad diem Mercurii 16.6. mensis indicati factum asserunt) Principes captivi tres ab invicem separati nunciantur, & suum cuius proprium conclave datum, ita ut congressum amplius inter se facere, nec mutuo colloqui potuerint. Condæus cibaria in conclavi suo apparari sibi mandabat, nec quidquam, seu potus seu cibi sumebat, nisi quod Dominus de la Baar, cui Principis custodia demandata erat, prægustaverat.

*Rex in  
Burgun-  
diæ Duca-  
tum iter  
suscipit.*

Rex deinde composito, quod in aula componendum videbatur, quinta Martii iter in Burgundiæ Ducatum suscepit, belli nimirum ibi gliscentis initia eversum. Decima sexta eiusdem, Regia Majestas in urbem Divionem, quæ est universi Ducatus metropolis, magnifico apparatu & comitatu introducta est. Decima octava Nobilis quidam aulicus ad Bellegardenses dimissus, qui deditioem loci imperaret, eosque de obsequio Regi præstando moneret; cum autem surdis (quod pro-  
verbio

verbio dicitur) fabula narrari videretur, Anno  
 Rex de loco vi intercipiendo consilia in- 1650.  
 iit: quo fine 19. Martii castra admota, in  
 quibus tunc armatorum peditum circiter  
 duodecim millia hærebant, quibus se ad-  
 junxere Locumtenens Generalis Fle-  
 ckensteinus, & Chiliarcha Dubaldus,  
 cum mille equitum sodalitia.

Alebant tunc temporis Bellegarden- *Bellegar-*  
 tes mille sexcentorum militum præfidi- *densium*  
 um. Nihilhis, quod quidem ad trahen- *rem casti-*  
 dam obsidionem facere videbatur, de- *rem casti-*  
 erat: cum vice versa, castra regia magna *gat.*  
 rerum penuria excrucietur, & miles, si re-  
 lato credendum, intra triduum aliquan-  
 do panem non haberet. Hac non obstan-  
 te difficultate, Eminentissimus Cardina-  
 lis Mazarinius, in promovenda obsidio-  
 ne, etiam cum vitæ extremo periculo se-  
 dulus fuit: qui cum in castris omnia, quæ  
 debebant, coordinasset, commissa rerum  
 summa Duci de Vendosme. Divionum  
 recessit.

Eo tempore, quo obsidio omnium e-  
 rat ferventissima, castra constitere duode-  
 cim circiter peditum millibus, equitum  
 autem quatuor, quæ in quatuor diversas  
 stationes seperata erant. Et licet aquarum  
 exundationibus, aliisque cæli temporisque  
 injuriis

**Anno**  
**1650.**

injuriis regii vehementer molestantur, nihilominus, quantum in viribus erat, sedulo præstiterunt. Hinc cum perducta ad finem circumvallatione, nulli nec in urbem nec ex ea accessus secessusve pate-  
rent: nec obsessi tantis obsidentium vi-  
ribus pares se cognoscerent, stolidæ teme-  
ritatis prænitentia acti, certis conditio-  
nibus cum regiis pacisci petierunt, polli-  
citi, urbem se dedituros, nisi ad 20. 10. A-  
prilis auxilia comparuerint: in quam rem  
obsides utrinque dati, à parte quidem ob-  
fessorum Comes de Tavanès, & Centu-  
rio quidam legionis Condæanæ: Regis  
autem nomine oppido immissus Comes  
de Paleau.

*Samuria-*  
*num Ca-*  
*stellum*  
*domat.*

Constitutis verò die & termino, cum  
sperata auxilia nusquam comparerent,  
obsessi 21. Aprilis juxta pactum deditio-  
nem fecere. Egressi sunt cum sarcinis &  
impedimentis, equites quadringenti, pe-  
dites numero duplo maiori: e contra dux  
Vendomius nongentorum quæ equestre  
quæ pedestre præsidium oppido immisit.

Fortunam huic non absimilem & Sa-  
marii Castellum expertum est. Eius Præ-  
fectus *Dominus du Mont*, ab initio qui-  
dem receptionem Gubernatoris regii,  
*Domini de Comminges*, omnino detre-  
ctaverat:



Et averat : ex ea ratione, cum nuncia accepisset, utrosque *Duces, de Rochefaucault & Tremoville*, in captivorum Principum partes abiisse, promissione facta, militem in Piétaviensi Comitatu, & alibi corrasum, auxilio ad futurum certo, in oppidum convertere tormenta non est veritus, emissisque duobus jactibus, uno Curiam, (vulgo *la maison de la ville*) in quo antedictus Dominus de Comminges hospitio utebatur, concussit, & quinque, ut ferunt, personas prostravit : altero autem in plateam *Barrigades* vomeritatam directo, hominum decem te delevit. Postquam autem commilitium, cui Dux de Rochefaucault præerat, Ducis sui animum exploraverat, desertis eius partibus, regias secutum est. Spe igitur consequendorum auxiliorum omni abiectâ, Samuriani Castellum propugnator erectas antè cristas paulatim dejecit, arcemq; (pro cuius deditioe Rex initio tricies mille Francicos ei numerandos promiserat) prævia transactione die 18. Aprilis dedit, ex qua cum præsidium, sarcinis & impedimentis salvis, deduxisset, Commingius Castellum adducto regio milite occupavit.

Regis expeditionem apud Divionenses

Anno

96

*Mercurii Gallobelgici*

1650.

*Status*

*Divisionū*

*convoca-*

*tos, obse-*

*quiosos*

*experitur.*

ses quod attinet, Ordines seu Provincias Gubernatores, sui in Regem amoris & obsequii contestandi ergo, sexcenta libraru millia contribuenda promittere, quamvis alii summam hanc ad 400000. liberas contrahant. Proceres Comitatus librei, (qui Gallis *Franche Comté* est) pro ducenda Bellegardie obsidione, ducenta millia librarum obtulerunt, quod si Maiestas sua Regia indulgam Neutralitate in triennium adhuc extensura sit. Genevensium Deputati promittere apparatus omnivarium, castris gratis inferendum, Regique troctam vivam quinquaginta pondo, ceu referunt, presentari fecere: quorum omnium liberalitatem expunxisse Lugdunum nunciatur, quippe quae Republica opulentissima, praeter rem tormentariam, ad redigendum Bellegardenses ad obsequii terminos, centena millia aureorum duplionum Hispanicorum obtulit.

*Negotiū*

*cum Hel-*

*vetiis*

*dextrè*

*componit.*

*Turen-*

*sis mul-*

Rebus deinde in Burgundia feliciter compositis, circiter ingressum Maii Rex Parisiis cum omni aula visus est, ubi quod cum Helvetiorum Deputatis negotium habebat gravissimum, dextrè composuit. Post interceptam etiam Bellegardiam, regionum castrorum pars una in Campa-  
niam

niam processit, Campi-Marescalli Turen-  
 nii machinationibus occursum. Huiusmodi in partem  
 cohortes Rhemos eò angustiarum rede-  
 gerunt, ut incolæ 18000. librarum sum-  
 mam numeraverint. Ad Principis huius  
 partes præterea defecit legio Persana, quæ  
 tamen Regi vias & itinera adversus has  
 tuta præstare debuerant. Ad hæc Princeps  
 de Marillac, cum Nobilitate Pictaviana  
 & Xantogniana, Principum captivorum  
 se favere partibus ostenderunt: è contra-  
 rio apud Bituriges oppidum *Bourges*, quod  
 est in Ducatu Bituricensi (*Gallis, Duché  
 de Berry*) rem Regis defendit: cuius mili-  
 tiæ aieclæ in provincia Limosiniana ad  
 octingentos colonos rusticosve, ob nega-  
 ta tributa, necarunt, cladem tamen passi  
 centum circiter commilitonum, unumq;  
 ea occasione partum vexillum, Duci Au-  
 reliaë obferendum mandarunt.

Nec minus in partes suas pellexit Tu-  
 rennius præsidia, nuper Regi fida, Cruce-  
 naci, Alzæjæ, Bingii & Baccharaci. Iple au-  
 tem cum serenissimo Archiduce (a quo  
 in hunc finem, quatuor generosissimos e-  
 quos, phaleris pretiosissimis sclopis etiam  
 instructos dono accepit) in transactio-  
 nem descendit: quâ autem ratione & mo-  
 do inter ipsos conventum sit, de hoc certi  
 G ad-

*Cum Ar-  
 chiduce  
 Leopoldo  
 Guiliel-  
 mo tra-  
 ctatum  
 int.*

Anno  
1650.

adhuc nihil ad nos pervenit. Si rumori ad aures nostras perlato fides aliqua tribuenda, Conditiones tractatum institutorum sequentes esse asseruntur: *Hispaniarum Rex Catholicus*, ad conscribendum militem *Campi Marefcallo Turrennio numerari curato Coronatorum quadringenta millia: ad satisfaciendum Nobilitati, quæ in partes eius transcendit, millia centena: in stipendia mensua præsidis Stenaviensis, duodeviginti Francicorum millia. Ad hæc commeatus tormentarii vehicula birota quadringenta subministrari mandato, & pacem universalem compositum non iri promittit, nisi Dux Lotharingia plene fuerit restitutus: Sedanum de facto Bullionio redditum: Principes arresto constricti in libertatem asserti, & securitas data, Stenaviam in eo, quo nunc est, statu relictum iri. Hæc autem num ita sese habeant, Mercurius pene authorem relinquit: certiora narraturus suo loco & tempore.*

Cuius rei  
rationes  
ad Reginam  
Gallorum  
literis per-  
scribit.

Rationes, quæ Turrennium ad ineundum eiusmodi tractatum commoverunt, literis ad Reginam datis perscripsit; in quibus præmonstratis auxiliorum, apud externos Principes quæditorum, causis, aula Regiæ captivitatem detentorum Principum vehementer exprobrat: culpam  
malorum

malorum jam inde enatorum, & porro Anno  
 fortean hinc promanaturorum, nemini 1650.  
 quàm Mazarinio tribuit, & correctionem  
 remediumve omnium, quæ in hoc tem-  
 pus usq; evenerunt, efflagitat, addendo,  
 Principi Condæo gravem hoc in casu in-  
 juriam factam; quare extra dubium ver-  
 sari, Coronæ Galliæ ex eius captivitate  
 grave & damnum & periculum pullula-  
 turum esse. Memoratum Principem, pro  
 Galliæ regni salute nec vitæ nec sanguini  
 unquam pepercisse: hinc eiusmodi Heroi  
 integrum relinqui, Regiæ Pacem com-  
 mendare, eidemque consilia, quæ alii ad  
 fomentandum bellum, non in Gallia so-  
 lummodò, sed & per universæ Europæ  
 Principatum, eius Majestati suggererunt,  
 dissuadere. Cum igitur hoc Condæus  
 fecerit, non exinde sequi, cum hostibus  
 ipsum consilia communia habuisse. Quæ  
 cum ita se habent, æquum & justum es-  
 se, Condæum in libertatem vel restitui,  
 vel Parlamento committi, ut hac in re cau-  
 sam dicat, & justitiam administret. Sc.  
 Turennum, Coronæ Galliæ Regiæve  
 Majestatis hostem minimè esse; verùm  
 illorum solummodò hominum, qui mi-  
 norenitate Regis abusi, omnia pro au-  
 thoritate facere aggrediuntur: adversus  
 G. 2 hos

Anno  
1650.

hos igitur, & eiusdem farinae homines sociosve, nullo autem modo contra Galliam, ad arma sibi confugiendum fuisse. Et huius fere tenoris argumentive fuisse literæ, quas Turennum ad Reginam perscripsisse supra innuimus. Quid verò in gravissimo hoc negotio porro futurum sit, & in quam viam obsidio Burdigalæ, urbis Galliarum Aquitanicæ secundæ exierit, de his in sequenti libello secundo, si visum ita superis, prolixior narratio instituetur.

*Poloniarum  
rerum  
succincta  
narratio.*

De statu Regni Poloniae, & quibus rationibus interdictam Coronam & rebelles Cosaccos Tartarosque mense Augusto anni proximè elapsi 1649. tractatus pacifici habiti expeditique fuerint, de hoc paginis 113. & 114. libri tertii Tomi XXVII. pauca quædam præmisimus. Causam eiusmodi pacificationis initæ hanc fuisse, literis Lublinæ 3. Septembr. datis intelligitur: Cùm Regia sua Majestas intra 25. 26. 27. & 28. antedicti mensis, cùm Cosaccis & Tartaris (quorum in exercitu tunc quidem ultra ducenta & septuaginta armatorum millia numerata perhibentur) infelici & cruento prælio decertasset, in quo pleræq; Polonorum copiarum ferro prostratarum, & tertia tantaxat pars castrorum regionum salvari potue-

potuit, fame à parte regionum usque a- Anno  
 deò ingravescente, ut etiam equi à cor- 1650.  
 radendis temonibus non abstinuerint: in  
 tanta rerum iniquitate, Majestatem Re-  
 gis, & Dominos Senatores adductos ef-  
 se, cum rebellibus pacis perpetuæ leges  
 constituere, idque ratione & forma, uti  
 in supra dicto loco expressum extat.

Composita in illum modum Pace, exi-  
 guo post tempore è confinibus rumor al-  
 latus, Tartaros in discessu suo exurendo,  
 diripiendo, & homines abducendo ubi-  
 que locorum miserandam rerum faciem  
 reliquisse, Rex intereà Leopole Osiccam  
 veredis profectus, illo in oppido Regi-  
 nam obviam habuit: illac autem iter Ni-  
 porentum inierunt, proposito constituto  
 proximis diebus Varsaviam redire, ubi in  
 22. Novembris Comitia regni, tres qua-  
 tuorve septimanas duratura, haberi debe-  
 bant, conditiones Pacis cum Cosaccis &  
 Tartaris initas confirmatum atque rati-  
 habitum: id quod etiam factum, & mul-  
 ta in favorem Regis conclusa fuisse nun-  
 ciantur, quorum recensione Mercurius  
 brevitatis amore super sedere voluit.

Ex Polonia itaque in Sueciam festinat, *Suecica-*  
 ubi Stockholmia Martio mense anni *rum rerum*  
 1649. Procerum regni Conventus simi- *explicatio*

G 3 liter

Anno  
1650.

liter habitus est, & in belli ulteriorem continuationem (si casus ita ferat) ingens auri vis decreta. Ferunt tunc & Celsissimum Principem Palatinum, Carolum Gustavum, unanimi regni Statuum consensu, successorem & Coronæ Sueciæ Hæreditarium proclamatum, atque in restaurationem Academiæ Upsaliensis sedulo laboratum esse; quo fine è diversorum regnorum provinciis doctissimi omnium Facultatum Professores illuc evocati.

Dehinc 5. 15. Januarii anni præsentis, Russiæ Reguli Legatio, centum quinquaginta personarum comitatu Stocholmiam venit, in cuius receptione tormenta cum in navibus regiis in flumine existentibus, quàm etiam machinæ per propugnacula & valla dispositæ, in gratulantium morem concrepuere. Legatorum tres erant, quorum Capiti nomen erat *Paris Iranovviz - Puskinus*; alteri *Offonase Osepovviz Prompseloffius*, uterq; Magni Russorum Principis à Consiliis: tertio autem, *Olmadius Sranovvizius*, Secretarius status sive Pro-Cancellarius; omnes tres gravissimi & ætate confecti viri, quorum in honorem civitas, cum exscenlum è navibus facerent, à Castello usque ad hospitium designatum, in armis comparuit.

Cum



Cum deinde apud Reginam publicè Anno  
audiendi essent, ( id quod 9. 19. Iunij 1650.  
etum demùm referunt ) superbè admo-  
dum incedere visi sunt, togis auro inter-  
textis, unionibusque pretiosissimis distin-  
ctis conspicui. Post oblatum diploma,  
Regiæ suæ Maiestati ( quæ throno tuo non  
se movit, & à cuius latere Corona regia,  
Sceptum, pomum, gladius & claves, in  
pulvinari quodam apparebant ) manus  
exosculati sunt, eidemque munera, per-  
pretiosa aiunt, obtulerunt. His traditis,  
Magni Moscorum Principis literæ lectæ,  
quarum id argumenti erat: *Corona Suecia  
pacem, quæ Moscovia cum Rege Gust. Adol-  
pho beatissima memoria conclusit, perpetuè  
conservari: iam verò Regia sua Maiestas  
certas personas nominare non detrectet,  
quibus ulteriores Principis sui Proposi-  
tiones aperiant. Quo confecto nego-  
tio, & VALE apud Reginam dicto, Le-  
gati in ornatum quoddam conclave se-  
ducti, & regio epulo excepti fuerunt: in  
quo convivio, licet inter hos, & adiunctū  
regni Consiliarium, Dominum Baronem  
Güldenstern / dum pro salute pocula li-  
barentur, non nihil discrepantiæ coortum  
fuisset, composita tamen res est, etsi nõ  
tenui, ut referunt, Regiæ indignatione,*

Anno  
1650.

quæ incivilem Moscorum morem graviter taxavit.

Paucis post diebus, iussu Reginae Cancellarius regni Sueciae, item Dominus Matthias Soopius, & Dn. Benedictus Skirtha, cum Legatis his publicum colloquium instituerunt, ubi intellectum est, cum caeteris & hoc in commissis habere, ut cum Maiestate sua in Causa, subditos ex Ingermanlandia profugos concernente, æquis conditionibus transigerent.

Molestum hoc negotium cum deinceps felici successu expeditum fuisset, in eunte demum Novembri, accepto Reginae suae Maiestatis animo, literis desuper conscriptis ostenso, Legatis tribus, una cum Scoticae nationis Colonello Graffortio, qui Russorum comitatu intererat, aureae catenae majores, muneris nomine oblatae, cum numismate ex illis dependente, & effigiem Reginae graviter exprimente: quin & caeteri maiorum gentium adjuncti Ministri inaurata pocula, minimi autem legationis socii in pecunia quidpiam acceperunt: ita ut omnes optimè contentos ex aula regia discessisse fama referat.

Inter discedendum, civitas denuo in armis, id quod etiam in incessu observatum

tum

rum paulò ante retulimus, comparuit, & Anno,  
 tormentorum aliquot exoneratione SAL- 1650.  
 VE datum, quòd utraque pars gratulari  
 sibi videretur, & vehementer gaudere,  
 differentias, quæ inter utraque regna ab  
 aliquo tempore intercesserant, itemque  
 negotium, quod subditi ex Carelia & In-  
 germanlandia nuper profugi, facesserant,  
 adeò dextrè nunc denique compositum,  
 fuisse. Nò enim levis momèti res esse cre-  
 debatur, familias circiter duodeticies  
 millenas (tot enim ex adductis provinci-  
 is in Russiam excesserant;) ad obsequi-  
 terminos redigi, ac Domino suo legitimo  
 restitui. Hæc de Suecia & Moscovia.

De rebus in Anglia, Scotia atque Hy- *Res in*  
 bernia gestis, libellum justæ magnitudinis *Anglia,*  
 conscribere possemus. At cum relationis *Scotia at-*  
 præsentis status hac vice narratione proli- *que Hi-*  
 xiozem ferre non possit, quàm fieri pote- *bernia.*  
 rit, succinctissimè omnia referemus, usq;  
 in commodius tempus, quod restat, dila-  
 turi.

Ut igitur de Angliæ Statu primū dica-  
 m<sup>9</sup>, Parlamentū Londinēse, in extirpan-  
 do regio semine & sanguine, omnem ad-  
 huc movere lapidem intelligitur: quorū  
 insanorum hominum exacerbatissimos  
 animos vel indè colligere est, dum non ita  
 G S pridem

Anno  
1650,

pridem (ut ceteros omnes abominandos, & nullo seculo expiabiles impietatis actus, silentio prætereamus: ) Regis Caroli Primi, nuper ab illis impiè trucidati statuæ, quam Londini in foro publico cernere erat, caput à cervice avulsere, fractoque sceptro, trunco reliquo in loco relicto, famosam hanc epigraphen addere non erubere.

EXIIT TYRANNVS REGVM  
ULTIMUS, ANNO M. DC. L. XXX. JAN.  
LIBERTATIS ANGLIÆ RECUPERATÆ PRIMO.

Quod verò Hiberniæ statum concernit, militiæ Parliamentariæ summus Imperator, Olivierius Cromwell, in illo regno armorum perfelici Incessu fruebatur, ut videri posset, cælum (ut quidem Tyrannus & sacrilegus Dionysius, cum spoliato Proserpinæ fano Locris, per altum secundo vento classe veheretur, ridens amicis, Videtisne, ait, quàm bona navigatio ab ipsis Diis immortalibus sacrilegis tribuatur, ut est apud Valerium Maximum, lib. 2. cap. 1. Externorum Exempl. de Religione Exemplo 3.) vel ideò ipsi eiusq; comilitonibus favere voluisse, quantò atrocius & inhumanius in regium sanguinem sævirent,

lævirent, & ad stabiliendum Democratici Anno  
sui regiminis statum, extremas vires suas 1650.  
impenderent.

Hinc cum in Hybernia ferè nil reli-  
quum, quod Parlamentariorum animos  
sollicitare vehementer poterat: ecce di-  
cto Cromvelio in mandatis datum, belli  
aleam & in Scotis etiam experiri; id quod  
suffultus exercitu quâ pedestri quâ eque-  
stri, armatorum circiter viginti millium  
aggressus nunciatur: quo autem successu  
& fine, in sequenti libello enarrabitur.

Utinam de hac materia scribere liceret, *Pauca*  
ut quidem optare vellemus, & multis an- *quadam*  
ditu gratum acceptumque foret. In quem *de Puncto*  
modum autem Punctus Evacuationis lo- *Evacua-*  
corum hucusque successerit, experientia, *tionis &*  
proh dolor, plus satis testatur. Terigitur *Exancto-*  
ac quater beatas se prædicent Respubli- *rationis.*  
cæ & Civitates, quarum restitutio & eva-  
cuatio ad legem Instrumenti Pacis, & jux-  
ta conditiones Tractatum Executionis  
Noribergensium effectui data est Faxit  
verò misericordissimus Deus, ut & reli-  
quis, adhuc non restitutis, desideratissima  
sua quies & libertas ( quod author omni-  
bus ac singulis animitus comprecatur: )  
recisa omni ulteriore morâ, cœlo tandem  
feliciter affulgeat!

Pun-

Anno  
1650.  
Rebellio  
quorun-  
dam ex-  
auctora-  
torum.

Punctum exauctorationis militię quan-  
tum attinet, etsi quidem eius executio fe-  
licius exierit, sua tamen etiam confusio-  
ne notabilis est. Legio prætoriae equestris  
Celsissimi Principis Caroli Gustavi, mili-  
tiæ Suevicæ Generalissimi, instante exau-  
thorationis termino, Sacramento milita-  
ri, nisi prius exolutis stipendiis & comme-  
atus schedulis traditis, exolvi noluit, quin  
arreptis Officiariis, quo libuit, evagata est.  
Seditiosi hi equites aliquādiu inter Bern-  
burgum & Cöthenam pedes, fixerant;  
qui cum cognoscerent, turmas aliquot e-  
quitum, peditumque cervicibus suis  
inhærere, nec fugæ amplius salutem su-  
peresse, venia delictorum impetrata in  
ordinem sese redegerunt, detentosq; Of-  
ficiarios in libertatem restituerunt. Hoc  
facto, seditionis authores & coryphæi è  
manipulis protracti sunt: quorum 21. la-  
queo suffocati: undecim alii, & inter hos  
equestris signifer, bombardarum ictibus  
occisi perierunt: 6. Erfordiam captivi  
deducti, cæteris autem venia indulta, qui  
sacramento denuò præstito, cum summo  
Legato, Domino Israele Isaacsohnio, in  
Westphaliam contenderunt.

Quid laboris & molestiarum præsi-  
dium Suevicum Glogovii maioris in Sile-  
sia Ex-

lia Excellentissimo Generali Wittenber- Anno  
gio in hac ipsa causa exhibuerit, longius 1650.  
foret hic enarrare: hunc enim arresto in-  
tra pomeria tam diu constrictum tenuisse  
perhibentur, donec universo commilitio  
& ære & calamo satisfecerit. Hæc de Sue-  
cica militia.

Apud Hassiacos inferiores, unicum  
duntaxat exemplum eiusmodi seditionis  
reperimus, quod accidit, cum præstrenaus  
Centurio, Dominus Menzingerus, ex im-  
perato Cellissimi Principis Wilhelmi,  
Hassia Lādgravi, 10 20. Quintilis Ham-  
melburgo, quod est in Episcopatu Fuldensi  
oppidum, Heidelbergam transgredi de-  
buisse. Educta enim ex oppido cohorte,  
non ita longè à civitate miles gregarius  
rebellare incepit, arreptoque vexillo, &  
relictis cum Centurione cæteris fidelibus  
Officiariis, Cassellas viam legerunt: in  
quem modum autem ibi locorum recepti  
fuerint, id magno quidam damno & de-  
trimento experti sunt.

Ad diem Martii 24. Serenissimus Prin- *Electör,*  
ceps Elector Palatinus (cuius pomposum *Princeps*  
introitum in hanc civitatem nostram, & cum *Palatinis*  
magnificentiosem ex eadem discessum in iuge no-  
præcedentis libelli aliquot pagellis fusius *vella Hei-*  
descripsi) cum coniuge novella, & uni- *delbergæ*  
verso subsequente aulæ satellitio, vesperi *venit.*  
Heidel-

Anno  
1650.

Heidelbergam ingressus est, in ericeto Ladebuigensi à duodecim peditum signis, quinque equitum turmis, & manipulo alio 50. equitum inquilinorum Heidelbergensium exceptus.

*In apertū  
vitæ di-  
scrimen  
incidit.*

Mente deinde Aprili, Serenitatem eius gravissimus quidam casus propemodam oppressisset. Cum enim 26. eiusdem Alzææ moraretur, homagium accepturus, inter introeundum in urbem quidam ex comitatu equus prostratus, & glans plumbea rhedam, qua vehebatur, proximè ad caput Principis transiit.

*Episcopus  
Osnabru-  
gensis in  
urbem  
Ratisponā  
pomposè  
introdu-  
citur.*

Die Veneris 8. Aprilis S. N. Reverendissimus Princeps Franciscus Guilielmus, Osnabrugensis & Ratisponensis Episcopus, circa meridiem in urbem Ratisponam, & aulam Episcopalem solenniter introductus est: quem inclytus Senatus, confectis in metropolitano templo cærimoniarum solennibus, per Deputatos suos confuetis muneribus donavit.

*Actus cō-  
tracti ma-  
rimonii.*

Ad nuptiarum solennitatem, quas quidam Princeps Landgravius Homburgensis, cum dignitatis eiusdem Viragine quadam, ex Celsissima Landgraviorum Darmstatorū prosapia orta, nuper contraxerat, Darmstadii ingens tum temporis apparatus fiebat: quam festivitatem paucis



paucis post diebus, presentibus Principum, Comitum, Baronum, & compluribus equestris dignitatis viris feminisque, solenniter ac quietè peractum, fama loquitur.

Serenissimus Princeps Elector Brandenburgicus, cum pluribus in locis, & Brandenburgicis primis apud Episcopatum Halberstadiensis & Magdeburgensis Ordines, in homagium præstitum accepisset, superato deinde Albi fluvio, 10. 20. Aprilis Berolini solennem introitum habuit.

Ad diem Sabbati 27. Aprilis, Celsissimi Principis Guilielmi, Hassiæ inferioris Landgravii Coniux, Princeps Virago è Serenissima Electorum Brandenburgensium domo oriunda, filiulam secundo partu enixa est, cui sacro baptismatis fonte initiandæ, vigesimus primus Maij Cassellis indictus est.

Hoc ipso mense, siquidem Celsissimus Princeps Georgius, Hassiæ Landgravius, Princeps sanè pius & religiosissimus, suspensam in hoc usq; tempus Academiam suam Giessentem restaurari, animum induxerat, hoc fine mandatu eius uterq; filius, Dn. Ludovicus, & Dn. Georgius Junior, fratres, & Hassiæ Principes Landgravii, &c, Comitibus usi, Domino Georgio

*Electo  
Brandenburg.  
Berstadiensis  
Ordines, in  
homagium  
superato  
deinde  
Berolini  
Puerperitè  
Landgravia  
Cassel-  
lane.*

*Academia  
Giessensis  
suspensa  
restauratur.*

Anno  
1650.

gio Ernesto Comite Erbacense, tum etiam præmemorati Domini Landgravii Georgii Pro - Vicario & Cancellario Darmstatino, nec non diversis aliis nobilis dignitatis viris atque Ministris, die Sabbati 4. 14. Maii post meridiem, Giessam venerunt: ubi dictorum Principum Celsitudines, & comitatum reliquum eminentissimū, præsentibus Dominis Professoribus & Studiosis, Academiae Cancellarius Oratione pereleganti Latina demissè excepit: ad quam Principis Landgravii Ludovici Celsitudo eodem ore Romano, quo est facundissimo, appositè respondit.

Deinde insecuta die Dominica JVBILATE, post officium Divinum ritè peractum, omnis Actus Restorationis Academiae consuetis solennitatibus, quibus admixtæ variæ Orationes, in præsentia & conspectu nominatorum Principum, Comitum, dynastarum, complurium Nobilium, & aliorum non communis existimationis tam indigenarum quàm advenarū, & frequentissimo populi concursu, feliciter peractus est! Rector & Senatus Academicus constitutus, & Domini Professores omnium facultatum in possessionem inducti sunt: quo facto, inaugurale denique & lautissimum convivium (cui, præ-

tet

ter Principes, Comites, Nobiles, ac ceteros conspicuæ famæ viros, singuli etiam Professorum interfuere) exhibitum.

Faxit Clementissimus DELIS, Author & Conservator Academiarum, Gymnasiorum, Scholarum Christianarum, ut illustris hæc & inclyta ACADEMIA GISSENA RESTAURATA, in Ter-Sanctissimi Eius nominis gloriam & honorem! Celsissimorum Hassiæ Principum Landgraviorum, GEORGII, LUDOVICI, GEORGII JUNIORIS, &c. Fundatorum respectivè & Restauratorum, ac totius Illustrissimæ Domus Darmstatinæ, perpetuam Famam & memoriam! Juventutis studiosæ emolumentum! & denique in universi Orbis Christiani incrementum, SURGAT! PERDURET! & æternam FLOREAT! ita ex animo & pio affectu congratulor Author.

Nec verò prætereundum silentio arbitror, quantos eosque saluberrimos fonticulos Deus, admirandus Naturæ Auctor, hoc circiter tempore Maij anni præsentis, ppe inclytam Herbornam, in Comitatu Nassovico-Cattimelibocēsi, scaturire terraq; ebullire fecerit. Deprehensæ sunt illorū scaturigines supra dictam Herbornam, illustri Gymnasio & Academia celeberrima

*Fontes Saluberrimi ad Herbornam Nassoviorum terre ebullientes.*

H

rimata

Anno  
1650.

rimam urbem, ad montem quendam non leviter editum aridumque : quarum prima juxta semitam, per personam quandam asthmaticam, & spirandi difficultate laborantem, quæ ad illam præterit, haustaque eius aqua, illicò sibi melius esse sensit, detecta est. Hinc igitur cum rumor longè latèq; exiret, ecce mox ingens illuc variis morborum affectibus notatorum confluxus, quorum alii plenè restituti, alii autem egritudinum allevamentis manifestè adiuti sunt, qui rumorem serpentes protinus volare fecerunt : unde fontes hi saluberrimi in præsentem usque diem numerosiori hominum aditu celebrantur, & non sine admirando effectu salutariter adhibentur.

*Virtutes eorum, & effectus ad mirabiles.* Experientia constat, fontium horum latices imprimis conducere adversus paralytin, & membrorum contractiones: corroborare genus nervosum, & illud in ordinem reducere : curare omnis generis bubonocelas, hernias sive ramices, & morbos alios. calculum egerere : prodesse cæcutientibus, oculorum hebetationi adversari, & eorum ungues tollere: arthritidem, seu morbum articulare expellere, & cum melancholiam hypochondriacam, tum alios splenis affectus, & quosvis membrorum tam in-

ber-

ternorum quàm exterorum morbos Anno  
potenter suppressere. Præterea hîc et-1650.;  
iam curationes præter naturam multas  
fieri asserunt: fœminam enim, à mul-  
tis annis mutam, & cui digiti in palmam  
manus immobiliter impressi fuerant, hoc  
ipso in loco linguæ usum recepisse, ma-  
nusque in morem pristinum restitutas es-  
se: & quæ id genus curationes admirandæ  
plures sunt, quæ rectius Divinæ virtuti,  
quàm Naturæ operationi adscribuntur. *Litui*

In circuitu horum fontium, videre est *scipiones*  
lituos, magno numero suspensos, & sci-*suspensi.*  
piones alios, quos restituti ibi in signum  
recuperatæ valetudinis reliquerunt. Fon-  
tium scaturientium hodiè sex præcipuè  
numerantur, sapore, colore atque effecti-  
bus differentes.

Humus ex qua profluunt, Terræ quam  
vocant sigillatæ assimilis est, & magna co-  
piâ fontium scaturiginibus adhæret: id  
quod multos non leviter conjectare fa-  
cit, fore, ut salutarium harum aquarum  
fontes diutius, quàm alii id genus, sint  
perduraturi, & salutes effectus suos in  
longos annos continuaturi. Humus antè  
dicta coloribus diversa est, candida, ru-  
bra, subviridis, maculis notata, lutea, &c.  
Fontium horum aquæ nullum admittunt  
venenum, nec vasa venenata sustinent.

*Humi*  
*qualitas.*  
*& terre*  
*color.*

Anno  
1650.

quin immersa rumpi illa faciunt, ut quidem hoc in urceis, amphoris, lagenis atq; doliolis non semel observatum.

Quandoquidem autē externo rumore intelligimus, quendam magnæ existimationis Medicum, & in inclyta illa Nassoviorum Academia Herborniana P. Professore, peculiarem aliquam descriptionem indicatorum fontium proximo tempore adornaturum, eorundemque originem, naturam, effectus operationesve, unā cum Catalogo restitutorum, fusiore relatione editutum esse: quare benevolum & curiosum lectorem brevitatis studio illuc remittimus.

*Dania*  
*Regis filius, Parentis successor proclamatus, Hafnia.*

Duodecima Junii, ut relatum Hafnia extat, apud aulam ibi regiam, Regiæ suæ Majestatis filius natu major, Christianus eius nominis sextus, in Basilica B. Virgini Deiparæ sacra, unanimi Procerum consensu, in Principem Dantiæ, Parentisque Successorem, electus est: quo facto, Rex sequente die regni rdines in Oaree regia regio epulo excepit.

*Belgium unitum intestina seditione cœcussum.*

Hoc circiter tempore in Hollandia magnum malum gliscere videbatur, quod ex hac causa suscitatum referunt, quoniam Hollandi, absq; cæterarum provinciarum consensu, Deputatum in Angliam mandaverant,

daverant, Hollandis atque Amsteloda- Anno  
 mensibus ex ea ratione à partibus Parla- 1650.  
 mentariorum stare, reliquis autem pro-  
 vinciiis pro Rege militare creditis. Et hinc  
 evenisse perhibent, cum Princeps Auriac-  
 cus hoc mense Junio Amstelodami age-  
 ret, atque à Magistratu illo convivio tan-  
 to Principe digno excipiendus esset, hu-  
 jus autem Propositioni, quà petebat, *ne*  
*militēs exauētorarentur; verūm Amstelo-*  
*damenses navigia aliquot bellica in favorem*  
*Magna Britannia Regis expedirent*, nihil  
 obsequii deferretur, negotio in concilium  
 Statuum Ordinumve remisso: quòd con-  
 vivio ante dicto non solum interesse de-  
 trectaverit, sed etiam vehementer com-  
 motus illinc discesserit.

Non longè post accidit, cum memora-  
 tus Princeps Auriacus Hagæ-Comitis sex  
 membra Ordinum Belgii confœderati,  
 quæ pleno ibi Concilio assidebant, arre-  
 sto & captivitate detinuisset, ut Comiti  
 Guilielmo Nassovio Amstelodamum ob-  
 sidione includendam committeret, adi-  
 tusq; maritimos centum equitum mani-  
 pulis occupandos mandaret: id quod  
 causa extitit, cur Amstelodamenses &  
 Hollandi, laxatis aggerum quorundam  
 catarrhatis, omnem provinciam latè in-

H 3 unda-

Anno  
1650.

undarunt, Principis Auriaci commilitio-  
eò angustiarum redacto, ut ad horæ inte-  
græ discessum pedem retraheret.

Interea apud Amstelodamenses miles  
non solum illicò conscriptus, sed & tor-  
menta in vallis collocata, & decem duo-  
decimve navigia bellica expedita sunt,  
quorum virtute in civitatem aditus abi-  
tusque defenderentur.

Periculosus sanè tumultus hic, & cum  
ingenti populi huius damno coniunctus,  
meritò videri potuit; quem tamen inter-  
ventu Ordinum feliciter, & quidem intra  
paucos dies compositum, grato nuncio  
accepimus. Modum, Candide Lector, &  
leges in itæ compositionis, adhuc dùm  
nescimus. Quòd si verò de hoc certi ali-  
quid, & quod alicuius momenti est, ad  
nos perlatum fuerit, illud ne te celemus,  
omnem operam nostram sedulò impen-  
demus.

*Leodien-  
ses in redi-  
menda  
pace se-  
gnes, mili-  
tari exe-  
cutione  
compel-  
luntur.*

Tunc & Suecicis cum Leodiensi Epi-  
scopatu, & Leodiensibus, ob necdum re-  
demtam auro pacem, multum laboris &  
negotii intercessit. Quamvis enim Suecici  
in hunc usque diem amicè petierant, ut  
in hac causa sibi satisfaceret, militemque,  
qui ad executionem aspirabat, intra æqui-  
tatis terminos continuarent, fore creden-  
tes,



res, ut pro multiplicibus Statuum sincera- Anno  
 tionibus, negotium hoc amicabiliter, & 1650.  
 cum effectu numerata pecuniæ, compo-  
 ni possit: attamen facilitas hæc Suecorum  
 nullo loca habita est, ita ut cum antedicti  
 Episcopatus Statibus, nec ratione Quan-  
 ti, nec etiam ratione Termini solutionis,  
 certi quid concludi potuerit.

Successu verò temporis, res in longè  
 alium, & quidem hunc statum venit.  
 Postquam non solum nuper confirma-  
 tus Dominus Coadiutor Leodiensis: sed  
 & Regio-Suecicæ militiæ Generalis, Gu-  
 stavus Otto Steinbock, & Coronæ eius-  
 dem Orator sive Residens, Dn. Kleyhius,  
 sub exitum Quintilis, ad omnes & singu-  
 los Ordines ac tribus Leodiensis diocæ-  
 sis, comminatorias literas dedissent, seriò  
 mandantes, ut pecunia, ad delendam Sue-  
 cicorum præensionem, (cuius summa,  
 tenore decreti die 5. 15. Augusti facti, ra-  
 tione Quanti, ad ducenta & triginta quin-  
 que Imperialium millia excurrit) intra  
 triduum, vel ad summum quatrìdui spa-  
 tio, locis designatis comportetur, secus e-  
 nim si fiat, paratam executionem ad ma-  
 nus esse: ingens quidem pecuniarum vis  
 undiquaque comportata Leodivm est:  
 Interim autem utraque pars tractatibus

Anno  
1650.

continud inhæsit: ita ut iam quidam trium  
um Ordinum Deputati: jam Comes &  
Campi-Marescallus Geelenius, cum Co-  
mite à Fürstenberg, Serenissimo Electori  
Coloniensi à Consiliis secretioribus: jam  
præsidi Leodiensis Ephorus: jam alii, ad  
præmemoratos Dominos, Generalē Stein-  
bock & Oratorem Kleyhium, ultrò citrò-  
que amandarentur, sub hoc solo præ-  
textu, ac si à partibus Domini Coadju-  
toris, & Statuum Diœceseos Leodiensis,  
gravissimo huic negotio componendo,  
omnibus unguis, ut dicitur, asserviatur.

Suecici, dum eiusmodi sincerationibus  
aliquantum fidei habent, & postulas  
pecunias, tam satisfactionis quàm alimē-  
tationis, amicabili potius compositione,  
quàm per viam executionis quærere sa-  
tagunt: ecce nihil jam sinistri metuentes,  
per emissos undiquaque in diœcesin ex-  
ploratores certiores fiunt, Adversarios  
circiter duodecim milia provincialium  
armis induisse, & die 14. 4. Augusti per  
integram noctem agmina campanarum  
pulsu diversis in locis convocasse, mili-  
tem Suecicum loco satisfactionis vi ferrè  
propulsum, & Episcopatu eiectum.

Quandoquidem autem, per antè di-  
ctum Dominum Coadjutorem, summam  
longè

longè maiorem ac Suecici prætendunt. Anno collectam esse perhibent: ex ea causa 1650. nonnullos minorum gentium belli Præfectos, imprimis autem rusticos, quippe quibus infelix ille conflictus, præterita hieme cū Lotharingicis habitus, alta adhuc mente repositus manet, arma detrectasse, nec adversus Suecicos milites armata manu insurgere, sed scire potius voluisse, quo fine post collectam auri vim tantam, arma expedienda sint. Quo tamen non considerato, Suecici vigiles circumferabant oculos, nec minus in votis habere videbantur, nisi ut Leodientes contra pacta peccantes, Suecicis an sam inferendi manus præberent: sic enim fore credebant, ut eiusmodi oblata occasione profugos è montium cavernis, quibus terram illam ad aliquot milliaria subfossam, atque à Leodio ad Trajectum Mosæ & ultra permeabilem esse affirmant, protrahendi licentiam nacturi sint.

Ex istiusmodi cavatorum montium latebris, accolæ inibi delitescentes non sunt veriti, equites Suecicos transeuntes scopetis impetere: quod cū hi animadvertissent, stramentis undique comquisitis, ea ad introitum montis comportarunt: quæ cū deinceps admoto igne succendissent.

H s                      dissent

Anno  
1650.

dissent, non levem hominum ibi latitantium numerum, ni per conceptum fumum suffocari maluissent, inde propulerunt, & in lucem prodire coegerunt, non sine damno regularum, quæ Suecicis hac ratione in prædam cessisse nunciantur.

*Coadiutor Leodiensis auctoritate Apostolica confirmatus.*

Circa finem Quintilis, Celsissimus Princeps Coadjutor Leodiensis, acceptis bullis papalibus in dignitate sua confirmatus est: unde apud Leodienses ingens triumphus actus, tormenta castelli seu arcis noviter suscitatae explota, & solennes epulæ exhibitæ. Unde trigesima eiusdem, arx antedicta & iam nunc plenè perfecta, non levi sui parte in rudera subsedit, non sine multorum sinistro omine, & quorundam cum quassatorum tum contritorum iactura.

*Coadiutor apud Treviros eligitur.*

Hoc ipso mense apud Treviros in Coadiutorem, & Eminentissimi Principis Electoris successorem, unanimi Dominorum Capitularium suffragio electus est, Reverendus Dominus Carolus Caspar von der Leyen: cui electionis solennibus peractis, munimentum Ehrenbreitsteinianum à Præfecto Cæsareo deditum cessisse, ac novo alio præsidio, Confluentia adducto, communitum intelligimus.

*Matrimonialis.*

Die Solis 7. 17. Julii, Princeps Christianus

ftianus, Dux Megaloburgensis Senior, Anno  
defuncti ante aliquot annos Ducis Saxo- 1650.  
Lauenburgici Francisci Alberti relictam  
viduam in matrimonium duxit, Ham-  
burgi, præsentibus Serenissimi Electoris  
Brandenburgici Legatis, Ducissa Lune-  
burgensi, cum Principe quodam Iuniore:  
item, Domino Comite Kinskyo, mul-  
tisque aliis principis dignitatis magnati-  
bus: quem solennem nuptiarum actum,  
inclutus ille Magistratus, in Principis cum  
aditum abitu, duodecim machinarum  
fulminalium, & bombardarum multa-  
rum explosionibus, gratulationis vice  
honoravit.

Vigesima prima eiusdem, intra nonam *Puerpe-*  
& decimam vespere, Serenissimi Polo-*rium Re-*  
niæ Regis Coniux filiulam felici partu e-*gina Polo-*  
didit, pulsatis mox in lætitiæ signū cam-*nia.*  
panis, & tormentis displosis. Partus hic  
novus & regius, sacro fonte abluendus e-  
rat, septima Augusti: ad quem ex saluta-  
ri hoc baptismatis lavacro, nominati per-  
hibentur, Pontifex Romanus, Sac. Cæs.  
Maestas, Regina Galliarum, & Serenif-  
simus Princeps Carolus Ferdinandus, plu-  
resque alii: cuius rei certitudinem tem-  
pus nos edocebit.

Hoc tempore, & mense sequente, ob  
Pacis

**Anno** 1650. **Triumphus Imperij Romani ob Pacem feliciter restauratã.**

Pacis Executionis tractatus, Noribergæ mense Junio feliciter conclusos, undique per S. Romanum Imperium, post cultum **DEO, PACIS AUTHORI,** ritè præstitum, cantando hymnos, **TE DEUM LAUDAMUS, &c. GLORIA IN EXCELSIS DEO, &c. BENEDIC ANIMA MEA, DOMINO, &c.** Choros musicos tum Instrumentales quàm Vocales, in templis & extra, exhibendo: tympana & campanas pulsando: machinas & torméta exonerando: ignes, quos artificiales vocant, seu pyrobolos, variorum generum ejaculando, & id genus variis cærimoniis, in Altissimi gloriam, laudem & honorem, solennissimè passim triumphatum est: quæ omnia si in Catalogum aliquem referenda essent, procul dubio in libellũ duplo hoc crassiores excrescerent. Pro quo **AURÆ PACIS** immerito **DONO,** & cæteris innumeris beneficiis tuis, **TIBI, DEUS TER SANCTISSIME, SIT LAVS, HONOR ET GLORIA IN INFINITA SECULA!**

**Matrimonium**

Tertio Nonas Sextilis, Augustæ Taurinorum matrimonium inter Serenissimi Ducis Bavariæ & Principis Electoris filium natu maximum, & Viraginem Adelheidam

heidam Sabaudia Principē contractum, Anno  
in vulgusexiit: & eodem anni tempore 1650,  
Principissa Sophia Agnes, ex Illustrissima  
Domo Principum Suerinensium oriun-  
da, Marchionis Brandenburgo-Culmba-  
censis filio natu maximo in Sponsam ac  
Conjugem futuram promissa.

Denique etiam Ducis Aurelianensis  
Coniux, Principem maritum in umbel-  
hulo filiolo felicem parentem fecit, quem  
die Mercurii 17. 7. Augusti dextro partu  
enixa est: in cuius lætitiæ publicam con-  
testationem, Parisiis & alibi in compluri-  
bus templis hymnus DD. Ambrosii &  
Augustini cantatus, tormentorū dispo-  
forū festivitas habita, ac pyroboli artifici-  
osissimi incēsi sunt, ante palatium Ducis,  
vigintiquatuor tinis cupisve vino repletis,  
transeuntibus quibusvis publici iuris ex-  
positis. Et hæctenus in miscellaneis versa-  
ti sumus.

*Puerperi-  
um Ducis  
Aurelia-  
nensis.*

Transimus ad tempestates huius seme-  
stris retrò exacti, & damna variis inde  
modis contracta.

*Tempe-  
states va-  
ria, cum  
damnis e-  
mergenti-  
bus.*

Vigesima prima Februarii, circiter 12.  
meridianam, Hamburgi, & in cætera vi-  
cinia, cælum horrendum in modum ful-  
mine & tonitru lævire depræhensum est.

Martio mense, Provinciam Sessanam

in

Anno  
1650.

in Italia ( quod Neapolitanorum literæ de dato IO. eiusdem insinuant ) horrenda admodum & procellis plena tempestas afflixit, qua vi sævientis & oli ingens numerus olearum, terrâ sua cum radicibus avulsarum, perit, & multorum ædificiorum tecta in aerem abrepta sunt, damnoviginti Coronatorum millibus vix reparabili.

Eodem mense, apud Freyburgenses Misniorum fulmen quoddam cælo sereno ædem D. Petri ambussit, unde organum pneumaticum non tenui sui parte devenustatum est.

Die 15. 25. Martii, intra 2. & 3. noctis intempestæ, vehemens quidam terræ motus territorium Basileense concussit.

Octava Maii, circa Berlinum Marchionatus & Electoratus Brandenburgici horæ annius diuturnitate tres Soles in cælo observati.

Quinta Junii S. n. tertia circiter post-meridiana, agri Pragensium horrendam tempestatem, fulmine & tonitribus mixtam, exceperunt, grandine cælo depluente ovi magnitudine, quæ toti illi vicinæ, & in montanis per aliquot milliaria, frugibus terræ, hominibus etiam & pecori magnam calamitatem attulit. Cuiusmodi



modi malum contraxerunt termini Lan- Anno  
genloisæ, haut longè à Cremisio distantes, 1650.  
ubi ad tria milliaria agris simili modo cœ-  
lum nocuit.

Grætio Stiriaë metropole, literis 22.  
Junii exaratis, transcribitur, paucis antè  
diebus, tractum illum tempestate qua-  
dam nimbofa correptum esse, in qua grã-  
do tanta multitudine cœlo delapsa est,  
ut omnem ferè Cereris flavescentis ho-  
norem terra prostraverit, Eadem cœli in-  
iuria, procellosam aliam aeris qualitatem,  
domus complures & ædificia mole sua  
dissolvissè, quam obrem vetulæ mulieres  
octodecim, incantatrices habitæ, ad vin-  
cula ductæ, procul dubio, ob concitatam  
hanc tempestatem, Vulcano Sacrandæ.

Octava eiusdem, unius circiter à Dresda  
milliarii digressu, nubes quædam aqua-  
rum plenissima cœlo deruta perhibetur,  
ex qua inundatione plurimæ arbores ter-  
ra eradicatæ, & cum magna lapidū gran-  
diorum copia in Albim provolutæ sunt,  
campestri planitie usq; ad eò vi aquarum  
abluta, ut illis in partibus quasi nova jam  
terra appareat.

Septima Iulii, sævum admodum toni-  
tra Praga, Bohemorum metropolis ex-  
perta est, quod ab octava noctis usque  
ad undecimam celo hæsit. Fulmen eius  
ad

Anno  
1650.

ad loca duo impegit: semel ad fanum S. Benedicti, quod est in arcis area oer *Rato schin* appellata, damno lanè non levi: & deinde ad turrim quandam arcis, vulgo dictam *die Tolle. Burck* / cui ignis fulmineus ad nonam eiusdem mensis inhæsit: sub cuius diluculum subito tandè erumpens, dictam turrim ad rudera usque delevit. Quibus & calamitosa illa tempestas addenda est, quam decima octava Iulii circa *Posonium*, & viciniora quædam *Hungariæ superioris* loca coortam nunciant: tanta enim grando multitudine lævit, ut fruges, frumenta, agri, vineæ & cæteri horti, miserandam calamitatem inde contraxerint. Aiunt, grandinem illam omnis generis formas impressas habuisse; visam etiam non exigua copia, quæ *Turcarum* capita repræsentavit, cuiusmodi tempestas ab hominum memoria non sit observata. Hæc de tempestatibus semestris proxime præterlapsi.

*Obitus insignium & clarorum aliquot virorum & clarorum foeminarumque obitus, quot quidem illorum ab exitu nundinarum vernalium ad præsentes autumnales usque explorare licuit.*

Quar-

Quarta Aprilis S. N. Dominus Franciscus Carolus à Sternberg / regni Bohemiarum primarius Minister, (quē vulneris, in irruptione Königsmarcciana accepti, malitia extinxit: ) apud Patres è Soc. Jesu in veteri Pragensium civitate, consuetis solennibus tumulo illatus est. Anno 1650.

Nona eiusdem, Romæ vitam cum morte commutavit, Eminentissimus E. R. Cardinalis Matthæi, anno ætatis 55, per cuius ex hac vita discessum, Protectio pro regno Poloniae cessavit, & tunc quidem augustum Cardinalium Synedrion septem membra desideravit.

Sub ingressum Maii eadem in civitate, & quidem in cœnobio S. Marthæ, repentino quodam casu lucis usuram amisit, Domina Prudentia, Romani Pontificis soror, annum agens ætatis septuagesimum quartum.

Vigesima quinta eiusdem, Parisiis animam efflavit, Dominus d'Emmery, in aula Regia rerum quæstoriarum Superintendens: in cuius locum Dominus de Maison interrogatus fuit.

Octava Junii S. N. Dominum Maximilian, Comitem de Prautmannsdorff, Baronem de Zotzenbach, Gleichenberg, Negavv, Burgavv, Dominum de Bischoffs-

Anno  
1650.

Schoffsteinitz, Morskavy & Tschesovvitz, Sac. Cæs. Maiestati à secretioribus Consiliis & Cubiculis, ac Regiæ Hungariæ & Bohemiæ Majestatis supremum Aulæ Magistrum, maligna quædam febris oppressit, Viennæ: cuius corpus, quamprimum spiritus evolaverat, pollinaturæ, paucis autem diebus post in Patrum Capuccinorum Monasterio, quod fori novi aræ adiacet, terræ mandatum est, consuetis in eiusmodi Magnatum funeribus cæremoniis.

Decima quarta antedicti mensis, & in oppido *Baden* naturæ debitum exsolvit, Dominus Comes *Khevenhüller* Senior, eidem Sac. Cæs. Maiestati à secretioribus consiliis: cui lentus quidam affectus animam suffocavit.

Ad diem Solis 26. 16. Junii, Romæ moriebatur S. R. E. Cardinalis *Theodori*, Gallicæ factionis affecla: cum annum ætatis ageret supra quadragesimū sextum, & iam octo ex Cardinalium Collegio desiderarentur.

Silentio etiam hic loci præterire non potuimus, quin in gratiam benevoli Domini *Lectoris* sub hoc titulo referremus, Corpus iam diu emortuum Illustris & Generosi Domini, Domini *Jacobi Ramlay*

Ramsay Scoti, Equitis Aurati, in mili- Anno  
tia Suecico-Regia vigilum Præfæcti Ge- 1650.  
neralis, & munimenti Hanoviæ quondã  
Gubernatoris, (qui in interceptione dicti  
oppidi lethali vulnere accepto, Dillen-  
bergæ deinde infelicem animam amisit,  
& in præsens tempus ibi sepositus quie-  
vit: ) die Augusti 18. 28, pro more inter mi-  
lites consueto, tumulo illatum esse.

Quorum omnium Catalogum claudit,  
Serenissimus ac Reverendissimus Dn.  
Archiepiscopus Coloniensis, Princeps E-  
lector, &c. qui ad diem Martis 13. 3. Se-  
ptembris, hora circiter sexta vespertina, in  
arce sua Arnsberga, quò paucis antè die-  
bus Bonna se contulerat, magno & sub-  
ditorum & Imperii dolore in Christo sal-  
vatore suo piè ac placide obdormivit, hy-  
drope, ut fama loquitur, extinctus: Cu-  
ius, & reliquùm omnium piè defuncto-  
rum animæ, **REQUIESCANT  
IN PACE.**

Hæc igitur, Honoratissime & Faven-  
tissime Domine Lector, ea potissimum  
sunt, quæ semestri æstivo proximo pas-  
sim in orbe evenerunt: quorum notitiam  
ut ad te perscriberem, operæ pretium me  
facturum putavi. Fruere meo tibi placen-  
di utcunque tenui studio & conamine:  
& sicubi me forsan quocunque modo  
I 2      lapsum

Anno  
1650.

152 *Mercurij Gallobelgici*

lapsum videris, ( quod quidem, in tanta  
præsertim materierum confusione, Re-  
ferentium disparitate, & festinata, qualis  
hæc est, Relationum mearum Germa-  
nicarum translatione, nemini mirum vi-  
deri debet ) potrecta candoris tui manu,  
pro more in viam me restituere ne gra-  
veris, qua patet est reverentia ac cultu, hu-  
militer, officiosè & per-amicè rogo. His  
VALE, & Pace tandem feliciter restaura-  
ta diutissimè perfructe;

— *Pax (enim) optima rerum,  
Quas homini novisse datum est: Pax una  
triumphis  
Innumeris potior: Pax custodire salutem,  
Et civis æquare potens. Silius Ital. libr.  
II. sub finem.*

☉ (o) ☽  
♁

INDI-



INDICULUS

Rerum, quas Primus hic  
Tomi XXIX. libellus  
tractat.

A.

- A**cademia Gießensis suspensa, restauratur, 111  
Votum Auctoris, 113  
Actio & Transactio Francothaliam, eiusque  
vel restitutionem vel detentionem  
concernens, 12

B.

- B**elgium unitum intestina seditione concussus, 116

C.

- C**oadiutor Leodiensis auctoritate Apostolica confirmatus, 122.  
— apud Treviros novus eligitur, ib.

D.

- D**ania Regis filius, Parentis successor proclamatur, Hafnia, 116  
Dux Amalfeus, qui & Piccolominius, festivas & solennes epulas instituit, Norimberga, die Iovis 14. 4. Julii, 21  
Locus, ubi Amalfeana haec Charistia celebrata: cum topiarum descriptione & ornatu, 23  
Ordo inter accumbendum observatus, 28  
Hyps-

## I N D E X.

*Hypethria* sive *Odea*, pro tubicinum &  
tympanotribarum choro, 31

*Pyrobolorum triumphalium succensio*, *ibid.*

*Ducis Amalfai liberalitas in pueros*, *Noriber-*  
*berge*, E. 33

**E**lector Brandenburgensis *Berlinum in-*  
*greditur*, III

Electo Princeps Palatinus cum Coniuge  
novella *Heidelbergam* venit, 109

*in apertum vita discrimen incidit*, 110

Episcopus *Osnabrugensis* in urbem *Ratispo-*  
*nam* pompose introducit, 110

Evacuatio locorum sive *Restitutio*, tribus  
terminis facienda, 11.19

Executionis *Pacis Tractatum* *Noriber-*  
*gensium* progressus & successus, 3

*Fine tandem optato exeunt*, 6.34.

F.

**F**ontes saluberrimi, & admirandorum  
effectuum, ad *Herbornam Nassovio-*  
*rum* terra ebulliunt, 113

L.

**L**eodienses in redimenda pace segnes, mi-  
litari executione compelluntur, 118

M.

**M**acrimonia inter Principes contra-  
cta, 110.123.124.

O.

**O**bitus clarorum aliquot virorum, 128.  
Paucos



# INDEX.

## P.

<b>P</b> <i>Auca quaedam de Puncto Evacuatio- nis &amp; Exaudorationis,</i>	107
<i>Puerperium Landgravia Cassellana,</i>	III
<i>Regina Polonia,</i>	123
<i>Ducissa Aurelianensis,</i>	125

## R.

<b>R</b> <i>Es Anglica, Scotica atq; Hibernica,</i>	108
<i>Bohemica,</i>	41
<i>Hungarica,</i>	44
<i>in Catalonia gesta,</i>	73
<i>inter Hispanos Gallosq; in Belgio, Gallia &amp; vicinioribus aliquot locis,</i>	§ 3. 89
<i>Inter Venetos &amp; Turcas,</i>	81
<i>Italica, inter Hispanos &amp; Gallos,</i>	64
<i>Italica, prater bellum gesta,</i>	75
<i>Lotharingica,</i>	47
<i>Polonica,</i>	100
<i>Quaedam narrata digna in aula Caesaris,</i>	38
<i>Suecica,</i>	101

## T.

<b>T</b> <i>Empestates varie, cum damnis ena- tis,</i>	125
<i>Triumphus Imperij Romano-Germanici, ob Pacem feliciter restauratam,</i>	124

F I N I S

LIBRI PRIMI TOMI XXIII.

Authoris Relatio XXXII.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.

Fragment of text from the adjacent page, including the letters 'L', 'O', 'T', 'I'.



W 5212

(26/28)

ULB Halle

3

007 103 360





101  
27



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

GALLO-BELGICI  
EDDO ARTHUSIO Suc-  
NTURIATI,

*Sive*

V M I N  
ET BELGIO PO-  
ISPANIA QUOQUE,  
A, GERMANIA, UNGARIA,  
nundinis Francofurtensibus verna-  
q; ad autumnales anni eiusdem,  
ssim gestarum,  
Æ NARRATIONIS  
ontinuata,

ESIMI OCTAVI  
R PRIMVS.

*Auctore*

GIO SCHLEDERO, Ratisponensi.  
Majest. Privilegio Speciali.



COFURTI,  
dum Sigismundi Lacomii, Anno 1650.

4

